adequat diem artificialem nocti. Dicitur etiam cingulus primi m
otus vel mobilis

Lamparth gregorii

No(ta) q(uod) isti circuli de quibus hic loquitur autor (et) quibus q(ue)po(sitis) p(er)p(en)dic(u)laris ... [illegible] non sunt realit(er) in sp(er)a celesti s(ed) solum ymaginarie ... sol ... aliquo puncto ... in celo ... et redit ad eundem punctum ... ymaginatur quasi vestigium ... in p(ar)tes ... in ... libre ... ad ... et redeundo ad ... motu diurno ... equinoctialem ... in p(ar)tes cancri ... et redeundo ad idem. D(icitu)r ... tropicum estivalem vel tropicum cancri &c

Unde sciendum p(rim)us motus dicitur motus primi mobilis (s(ecundu)m astronomos) hoc est none spere sive celi ultimi · qui etiam motus est ab oriente in occidentem et rediens iterum in orientem · qui etiam dicitur motus rationalis ad similitudinem motus rationis qui est in microcosmo · i(d est) in minori mundo sc(ilice)t in homine qui est quando fit considera(ti)o a creatore per creaturas redeundo ad creatorem ibi sistendo. Secundus motus est planetarum et firmamenti qui est contrarius huic · ab occidente per orientem · iterum rediens in occidentem · qui motus dicitur irrationalis vel motus sensualis ad similitudinem motus microcosmi · qui est a corruptibilibus ad corruptorem iterum rediens ad corruptibilia

Dicitur etiam circulus primi mobilis sive primi motus · quia dividit primum mobile · sc(ilice)t in speram nonam in duo equalia eque distantia a polis mundi

Item notandum quod polus mundi qui nobis semper apparet dicitur polus septemtrionalis · articus · sive borrealis · Septemtrionalis dicitur a septemtrione hoc est a maiori ursa · Vel

dicitur a septem et teron quod est bos quia septem stelle que sunt in ursa maiori tarde moventur sicut boves quia propinque sunt polo. Vel dicuntur ille septemtrionales quasi semptemtriones eo quod terunt partes et grados circa polum. Articus vero dicitur ab artos quod est maior ursa, est enim iuxta maiorem ursam. Borrealis vero dicitur quia est in illa parte a qua venit boreas. Polus vero oppositus dicitur antartticus quasi contra articum positus. Dicitur etiam meridionalis quia est ex parte meridiey. Etiam australis quia est in illa parte a qua venit auster. Ista autem duo puncta in firmamento stabilia dicuntur poli mundi quia axem spere terminant et per illos volvitur mundus quorum unus semper apparet nobis reliquus vero occultatur. Unde Virgilius. Hic vertex nobis semper sublimis at illum sub pedibus stix atra tenet manesque profundi.

Est et alius circulus in spera qui intersecat equinoctialem et intersecatur ab eodem in duas partes equales et una eius medietas declinat usque septemtrionem alia vero versus austrum.

Et dicitur vero ille circulus zodiacus a zoe quod est vita · quia secundum motum planetarum sub isto circulo est omnis vita in rebus inferioribus / Vel dicitur a zodian quod est animal quasi circulus animalium quia cum iste circulus dividitur in duodecim partes equales quelibet eius pars appellatur signum / Et habet nomen speciale a nomine alicuius speciei animalis propter proprietatem convenientem aliquam tam ipsi quam animali vel propter dispositionem stellarum fixarum in hiis partibus ad modum huiusdi animalium Iste vero circulus latine dicitur signifer · quia fert signa vel quia dividitur in ea / Ab Aristotile vero in fine secundi libri de generatione et corruptione dicitur circulus obliquus · ubi dicit secundum accessum et recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes et corruptiones in rebus

[illegible marginal gloss]

Nomina aut signorum ordinatio et numerus patent in hiis versibus
Sunt aries thaurus gemini cancer leo virgo libraque scorpio [sagittarius]
architenens capricornus amphora pisces. Quodlibet aut signum
dividitur in triginta gradus unde patet quod in toto zodiaco sunt
trecenta sexaginta gradus secundum Astronomos. Item quilibet gradus
dividitur in 60 minuta. quodlibet aut minutum in 60 secunda quodlibet secundum
in 60 tertia et deinceps usque ad sexta. Et sicut zodiacus dividitur
ab Astronomis ita quilibet circulus in spera sive maior sive mi-
nor in partes consimiles intelligitur dividi.

[illegible marginal gloss]

Nota inter signa aries est primum signum ... secundum theologos mundus in ariete est creatus et incepit ... [illegible]

[illegible] aquis [illegible] Duodecim [illegible] pisces, et [illegible] ad [illegible]
[illegible] pisces sunt frigidi et humidi, sic sol eo tempore [illegible]
frigide et humide [illegible]

[illegible marginal gloss]

Cum etiam omnis circulus in spera preter zodiacum intelligatur ~~sit linea~~ [sine latitudine et profunditate per vna linea]
vel circumferentia. Solus zodiacus intelligitur ut superficies in sua latitudine
Signis duodecim [illegible] in longitudine autem 360 gradus Decemque noui gradibus
iam locuti sumus. Vnde patet quod quidam mentiuntur in Astrologia di-
centes signa esse quadrata nisi abutentes nomine illud appellant [per Marcianum]
quadratum et quadrangulum. Signum enim habet 30 gradus in
longitudine duodecim vero in latitudine [illegible]

[illegible] latitudine [illegible] zodiacus [illegible] linea [illegible]

Linea autem diuidens zodiacum in circuitu ita quod ex vna parte reli-
nquuntur sex gradus et ex alia sex dicitur linea ecliptica. quoniam
quando sol et luna lineariter sunt sub illa contingit eclipsis solis

uel lune. Sciendum autem quod sol semper sub linea ecliptica decurrit omnes autem alii planete declinant versus austrum vel versus septemtrionem quandoque etiam sunt sub ecliptica. Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali versus septemtrionem dicitur septemtrionalis artica uel borrealis Et illa sex signa que sunt a principio arietis usque in finem virginis dicuntur signa septemtrionalia Alia vero pars zodiaci que declinat ab equinoctiali versus meridiem uel austrum dicitur meridionalis uel australis Et illa sex signa que sunt a principio libre usque ad finem piscium dicuntur meridionalia uel australia

Cum autem sol dicitur in ariete uel in alio signo Sciendum quod in ibi sumitur pro sub secundum quod nunc accipimus signum In alia autem significatione dicitur signum piramis quadrilatera cuius basis est illa superficies quam appellamus signum. vertex vero eius est in centro terre et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis Tercio modo dicitur esse signum ut intelligantur sex circuli transeuntes super polos zodiaci et per principia duodecim signorum illi sex circuli diuidunt totam superficiem spere in duodecim partes latas in medio arciores non iuxta polos. et quelibet talis pars dicitur signum. et habet nomen speciale a nomine illius signi quod intercipitur

inter duas lineas proximas semicirculos et secundum hanc acceptionem stel-
le que sunt iuxta polos dicuntur esse in signis Sic intelligatur corpus
quoddam cuius basis est signum secundum quod iam ultimo accipitur signum
Cacumen vero eius sit super axem zodiaci Vale igitur corpus in quarta
secundum hanc signum sumitur quam acceptionem totus mundus dividitur in duodecim
partes equales que dicuntur signa Et quicquid est in mundo est in aliquo signo

Sunt etiam alii duo circuli maiores in spera qui dicuntur coluri quorum
officium est distinguere solsticia et equinoctia Et dicitur colurus a
colon quod est membrum et uros quod est bos silvestris quia que-
madmodum cauda bovis silvestris erecta que est eius membrum
facit semicirculum et non perfectum circulum Sic colurus semper apparet
nobis imperfectus quia tantum una eius medietas apparet nobis reli-
qua vero occultatur Colurus vero distinguens solsticia transit per po-
los mundi et per polos zodiaci et per maximas declinationes solis
et per elevationes hoc est per primos gradus cancri et capri-
corni Unde primus gradus cancri est ubi colurus intersecat zodiacum
dicitur punctus solsticii estivalis quia quando sol est in eo tunc est solsti-
cium estivale quando sol non potest accedere magis ad cenith nostri capitis
Est autem cenith punctus in firmamento ymaginatus directe suppo-
situs capitibus nostris Arcus vero coluri qui intercipitur inter punctum

Solsticij estiualis et equinoctial' appellatur maxima solis eleuatio siue ascensio Et s(ecundu)m ptholomeum viginti trium graduum et xx vno minutorum S(ecundu)m v(er)o Almeonem viginti trium graduum et xx vno minutorum sit(ur) p(ri)mus punctus Capricorni vbi idem colurus inseserat S(ecu)nd(u)m d(ic)t(u)m punctus solsticij yemalis et arcus coluri interceptus int(er) punctum illum et equinoctialem d(icitu)r alia solis maxima declinatio et est equalis priori in longitudine.

Alter quidem colurus transit per polos mundi et p(er) p(ri)ma puncta arietis et libre vbi sunt duo equinoctia Vnde colurus duo equinoctia distinguens appellatur Illi autem duo coluri inserant se sup(er) polos mundi ad angulos rectos et sp(er)ales S(ecundu)m ma(teri)a quidem stolsticiorum et equinoctiorum p(rese)nt(e)s in hijs v(er)sib(us). Hec duo solsticia faciunt cancer capricornus Et noctes equant aries et libra dieb(us)

Sunt etiam duo circuli maiores in spera sc(ilice)t meridianus et orizon Est autem meridianus circulus quidem p(er)transiens per polos mundi et per zenith capitis nostri Et meridionalis siue meridianus. quia vbicumq(ue) sit homo et in quolibet tempore anni quando sol motu et raptu firmamenti peruenit ad suum meridianum est illi meridies et consimili

Racion circulus meridiei .i. medietas diei. Et nota quod due civitates quarum una magis accedit ad orientem quam alia diversos habent meridianos. Arcus vero intercaptus inter duos meridianos dicitur longitudo civitatum sive distancia. Si autem aliquae due civitates eundem habeant meridianum tunc equaliter distant ab oriente et occidente.

Orizon vero est circulus dividens inferius emisperium a superiori. Unde appellatur orizon .i. terminator visus. Dicitur etiam circulus emisperii eadem racione. Est autem duplex orizon scilicet rectus et obliquus sive declinis. Rectum orizontem et rectam speram habent illi quorum cenith est in equinoctiali circulo quia illorum orizon est circulus transiens per polos mundi dividens equinoctialem ad angulos rectos et sperales. Et ideo dicitur orizon rectus sive spera recta. Obliquum orizontem sive declinem habent quibus polus mundi elevatur super orizontem. Quoniam illorum orizon intersecat equinoctialem ad angulos impares et obliquos et ideo dicitur orizon obliquus et spera obliqua sive declinis. Cenit autem capitis nostri semper est polus orizontis. Unde ex hiis patet quod quanta est elevatio poli mundi super orizontem tanta est distancia cenith ab equinoctiali. Quod sic patet. Cum in quolibet die naturali utrique coluri bis jungit[z]

meridiano sive idem fit quod meridianus · quidquid probatur de uno probatur et de reliquo · Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solsticia · que est ab equinoctiali usque ad polum mundi Sumatur iterum quarta pars eiusdem que est a cenith usque ad orizontem cum cenith sit super polos ~~mundi~~ orizontis Iste due quarte cum sint quarte eiusdem circuli inter se sunt equales Sed si ab equalibus equalia demantur vel idem commune residua erunt equalia Dempto igitur arcu communi scilicet qui est inter cenith et polum mundi super orizontem erit distantia cenith ab equinoctiali.

Dicto de sex circulis maioribus dicendum est de minoribus Notandum igitur quod sol existens in primo puncto cancri sive in puncto solsticii estivalis quod idem est · raptu firmamenti describit quendam circulum qui ultimo descriptus est a sole ex parte poli artici Unde appellatur circulus solsticii estivalis racione supradicta · vel tropicus estivalis Et dicitur a tropos grece quod est conversio latine quia tunc sol incipit se convertere ad inferius emisperium et recedere a nobis Sed iterum existens in primo puncto capricorni sive solsticii yemalis raptu firmamenti describit quendam circulum qui ultimo describitur a sole ex parte poli antartici Unde appellatur circulus solsticii yemalis sive tropicus

solsticii yemalis· quoniam tunc sol convertitur ad nos·

Cum autem zodiacus declinat ab equinoctiali et polus zodiaci declinabit a polo mundi Cum igitur moveatur octava sphera et zodiacus qui est pars octave spere circa axem mundi moveatur et polus zodiaci movebitur circa polum mundi Et iste circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi articum dicitur circulus articus Ille vero circulus quem describit alter polus zodiaci circa polum mundi antarticum dicitur circulus antarticus·

Quanta est ergo solis maxima declinatio ab equinoctiali tanta est distantia poli mundi ad polum zodiaci quod sic patet Summatur colurus distinguens solsticia qui transit per polos mundi et per polos zodiaci Cum igitur omnes quarte unius et eiusdem circuli sint equales inter se Certa igitur huius coluri que est ab equinoctiali usque ad polum mundi erit equalis quarte eiusdem coluri que est a primo puncto cancri usque ad polum zodiaci· Ergo ab illis quartis equalibus dempto communi arcu qui est a primo puncto cancri usque ad polum mundi residua erunt equalia scilicet maxima solis declinatio et distantia poli mundi usque ad polum zodiaci.

Cum autem circulus articus secundum quamlibet sui partem eque distat a polo mundi patet quod illa pars coluri que est inter primum punctum cancri et articum circulum fere dupla est ad maximam partem solis declinationem sive ad arcum eiusdem coluri qui intercipitur inter articum circulum et polum mundi articum que etiam est equalis maxime solis declinationi Cum igitur coluri iste sint circuli alterius circuli in spera sit trecentorum 60 graduum Quarta eius erit 90 graduum Cum autem maxima solis declinatio secundum Ptholomeum sit viginti trium graduum et 50 unius minutorum et totidem graduum sit arcus qui est inter circulum articum et polum mundi articum Sed ista duo simul iuncta que fere faciunt quadraginta septem et octo subtrahantur a 90 residuum erit 42 graduum et tantus est arcus coluri qui est inter primum punctum cancri et circulum articum et patet quod iste arcus fere duplex est ad maximam solis declinationem que secundum Ptholomeum ut nunc diximus est viginti trium graduum et quinquaginta unius minutorum.

Notandum quod equinoctialis cum quatuor minoribus circulis dicuntur paralelli qui eque distantes non quia quantum primus distat a secundo quod tantum tercius distaret a secundo quia hoc est falsum sicut iam patuit sed quia quilibet duo circuli simul sumpti secundum quamlibet sui partem eque distant ab invicem Et dicuntur paralelli ut paralellus equinoctialis paralellus solsticii estivalis paralellus solsticii yemalis paralellus articus et paralellus antarticus

Notandum etiam quod quatuor paralelli minores scilicet duo tropici et paralellus articus et paralellus antarticus distinguunt in celo quinque zonas sive quinque regiones Unde virgilius Quinque tenent zone celum quarum una corusca semper sole rubens et torrida semper ab igne Distinguuntur etiam totidem plage in terra directe positis zonis supposite Unde Ovidius totidem quod plage tellure premuntur Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter nimium calorem solis discurrentis semper inter duos tropicos Similiter plaga terre illi supposita directe dicitur inhabitabilis propter nimium fervorem

solis discurrentis super illam Ille vero due zone que circumscribuntur a circulo artico et circulo antartico circa polos mundi inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem quia sol maxime remouetur Similiter intelligendum est de plagis terre illis directe suppositis que etiam sunt inhabitabiles Ille autem due zone quarum vna est inter tropicum estiualem et circulum articum et reliqua que est inter tropicum yemalem siue capricorni et circulum antarticum sunt habitabiles et temperate alias a calore torride zone existentis inter duos tropicos et a frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi Similiter intelligendum est de plagis terre illis directe suppositis etc.

Signorum autem ortus et occasus dupliciter accipitur scilicet quantum ad poetas et quantum ad astronomos Est igitur ortus signorum quantum ad poetas triplex scilicet Cosmicus cronicus et eliacus Similiter et occasus Cosmicus autem ortus siue mundanus est quando signum uel stella super orizontem ex parte orientis de die ascendit cum signo aliquo in quo est Et licet in qualibet die artificiali sex signa oriantur sit tamen anthonomatice id signum dicitur oriri cosmice cum quo et in quo sol mane oritur Et hic ortus proprius et principalis et quotidianus

dr Et de hoc ortu habem9 exm̄ in Georicis ubi docet sacro
fabarum et mily in vere sole exeuntem in thauro Candidus
aurat apperit cum cornibus annum Thaurus et adverso cedens
canis occidit astro Vir

Occasus vō cosmicus est ratione oppositionis scilicet qm̄ sol oritur de ma
ne cum aliquo signo vel cum eius signum oppositum occidit cosmice dr
hoc occasu dr in Georicis ubi docet sacro frumenti sole
exeunte in scorpione in fine Autumpni quando tunc oritur cum sole
thaurus vō ubi sunt pleiades i. que pluuiales stelle occidit
sic Vir virgilius Ante tibi eoe athlantides abscondantur
Debita quam sulcis committas semina terre

Cronicus ortus sive temporalis est quando signum vel stella ascendit
post solis occasum supra orizontem ex parte orientis emer
gitur i. apparet dr nocte cronice Et dr temporalis ortus quia
tunc tempora methamatores nascitur cum solis occasu quia
tunc incipit noctua sua scilicet sero De isto ortu habemus
in ovidio de ponto ubi conqueritur moram exily sui dicens
Quatuor autumpnos pleiades orta facit. signis per quatuor

61

autumpnos quatuor annos transisse per quos erat missus in exilium Sed virgilius voluit in autumpno pleiades occidere et ouidius oriri · quare uidentur sibi contrarii Sed ratio et solucio huius est quia secundum virgilium occidunt cosmice · sed secundum ouidium oriuntur cronice · quod bene potest contingere in vno die naturali Sed tamen oriri quia cosmicus ortus fit respectu temporis matutini · cronicus autem ortus respectu temporis vespertini Cronicus autem occasus est respectu oppositi Vnde lucanus Aut nox tessalicas urgebat parua sagittas

Eliacus ortus siue solaris est · quando signum uel aqua stella potest uideri per elongacionem solis ab illa · que prius uideri non potest propter solis propinquitatem · exemplum huius ouidius ponit in fastis Iam leuis obliquia succedit aquaris vrna Et virgilius in georgicis Gnosia ardentis descendit stella corone · que iuxta scorpionem existens non uidebatur cum sol erat in scorpione Occasus eliacus est · quando sol ad aliquod signum accedit huius exemplum est in versu predicto scilicet Ihaurus et ad verso cedens canis occidit astro.

Sequitur de ortu et occasu signorum prout utunt^r eis Astrono
mi · et primo in spera recta Notand[um] ergo q[uod] ortus et occas[us] cuiusq[ue]
signi · nil aliud est q[ua]m illam partem equinoctialis circuli oriri
q[ue] oritur cum illo signo oriente v[e]l ascendente sup[er] orizontem
Vel illam partem equinoctialis occide[re] que occidit cum illo signo
occidente v[e]l descendente sub orizonte Signum aut[em] recte q[uod] di
citur quo maior pars equinoctialis circuli oritur obligue v[er]o
cum quo minor pars Similiter intelligendum est de occasu

Et sciend[um] q[uod] in sp[er]a recta quatuor partes zodiaci inchoate a quatuor
punct[is] cardinalibus · sc[ilicet] a duob[us] solsticialib[us] et duob[us] equino
ctialibus · adequantur suis ascensionibus · v[e]l q[ua]ntu[m] tempus
consumit quarta zodiaci in suo ortu · in tanto etiam tempore
quarta equinoctialis illi conterminabilis oritur Sed in partes
zodiaci illarum quartarum variantur v[e]l non equantur nec h[abe]nt
inter se equales ascensiones sicut iam patebit ·

Est aut regula q qualz duo arcus zod oppti equales et equaliter distantes ab aliquo quatuor punctoru iam dictorum equales habent ascensiones Ex hoc sequitur q signa oppta equales hnt ascensiones Et hoc e qd dicit lucanus loquens de processu kathonis in libram versus equinoctialem Non oblique meant nec thauro rectior exit Scorpius aut aries donat sua tpa libre Haut astra iubet lente descendere pisces Par geminis cyron est id qd torridus ardens Humidus egloceron nec plus leo tollitur urna hoc dicit lucanus q existentibus sub equinoctiali signa oppta hnt equales ascensiones et occasus Oppositio aut signorum habetur in hoc vsu Est li. ari scor. thau. sa. gemi. caper. can. aq. le. pis. vir.

Et nota quod talis argumentatio non valet Isti duo arcus sunt
equales et simul incipiunt oriri et semper maior pars porrigitur
de uno quam de reliquo · ergo ille arcus per oritur cuius maior pars
semper per oriebatur Instantia huius argumenti manifesta est
in partibus predictarum quartarum Si enim sumatur quarta pars
zodiaci que est a principio arietis usque ad finem geminorum semper
maior pars de quarta zodiaci oritur quam de quarta equinoctialis
sibi conterminabili · et tamen ille quarte semper simul oriuntur
Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio libre usque
ad finem Sagittarii Item si sumatur quarta zodiaci que est a prin
cipio Cancri usque ad finem virginis semper maior pars porrigitur
de quarta equinoctialis quam de quarta zodiaci sibi conterminabili
et tamen ille quarte semper per oriuntur Idem intellige de qua
zodiaci a principio Capricorni usque ad finem piscium.

In spera autem obliqua sive declivi due medietates zodiaci
adequatur suis ascensionibus cum medietatibus equinoctialis

Medietatibus dico que sumuntur a duobus punctis oppositis
equinoctialibus quia medietas zodiaci que est a primo puncto
Arietis usque ad finem virginis simul perooritur cum equinoctiali
medietate sibi conterminabili Similiter alia medietas zodiaci cum alia medietate
equinoctialis Partes autem illarum medietatum variantur secundum
suas ascensiones · quia in illa prima parte zodiaci que est a principio
Arietis usque ad finem virginis semper maior pars perooritur
de zodiaco quam de equinoctiali · et tamen ille medietates simul perooriuntur
E converso autem contingit in reliqua medietate zodiaci que est a principio
libre usque ad finem virginis piscium Semper enim maior pars
perooritur de equinoctiali quam de zodiaco et tamen ille medietates simul
perooriuntur Unde hic patet instantia manifestior contra arcum
superius dictum scilicet illi duo Arcus enim zodiaci qui succedunt
et postponuntur arieti usque ad finem virginis in spera ob
liqua minuunt ascensiones suas super ascensiones eorundem
arcuum in spera recta Et arcus qui succedunt libre usque ad
finem piscium augent suas ascensiones in spera obliqua
super ascensiones eorundem arcuum in spera recta · Dico zodiacum
tantum quantitatem in quanta arcus succedentes arieti minu
unt arcuum ·

[illegible]

[illegible]

Ex hoc patet quod duo arcus equales et oppositi in spera declivi habent ascensiones simul equales coniunctas equalibus ascensionibus eorundem arcuum in spera recta simul sumptis. quia quanta est diminutio ex una parte tanta est additio ex altera. Licet enim inter se sint inequales. tamen quanto unus minor est recompensat alius et sic patet adequatio. Est autem regula. quod duo arcus in spera obliqua quod quilibet duo arcus equales et equaliter distantes ab altero punctorum equinoctialium inequales habent ascensiones.

[illegible]

Ex predictis etiam patet quod dies naturales sunt inequales. Est enim dies naturalis revolutio equinoctialis circuli circa terram semel cum tanta parte zodiaci quantam sol interim pertransit motu proprio contra firmamentum. Sed cum ascensiones illorum arcuum et motu proprio solis descriptorum inter se sint inequales. ut patet ex predictis tam in spera recta quam in obliqua. penes additamenta

illarum ascensionum considerantur dies naturales. De necessitate illi erunt inequales in spera recta propter unam causam scilicet propter obliquitatem zodiaci. In spera autem obliqua duabus de causis dies naturales dicuntur inequales scilicet propter obliquitatem zodiaci et obliquitatem orizontis obliqui. Tercia vero causa solet assignari eccentricitas circuli solis.

Auctor in ista littera infert quandam conclusionem quam [illegible] probabat causam eius ostendendo [illegible] dies naturalis est tota revolutio equinoctialis circuli cum tanta parte zodiaci quam sol [illegible] de [illegible] motu suo in die contra firmamentum et dicit [illegible] dies inequales

Notandum etiam quod sol tendens a primo puncto capricorni per arietem usque ad primum punctum Cancri raptu firmamenti centum ortoginta describit peralellos, qui etiam peralelli et si non omnino sunt circuli, et tamen non fit error sensibilis in hac re non appellantur sed circuli appellantur. Deinde quorum circulorum sunt duo tropici et equinoctialis. Item iam dictos circulos describit sol raptu vel motu firmamenti descendens a primo puncto cancri per libram usque ad primum punctum capricorni. Et illi circuli dierum naturalium circuli appellantur. Quibus autem

supra nos

quae sunt supra orizontem sunt arcus dierum artificialium ·
arcus autem qui sunt sub orizonte sunt arcus noctium. In spera
igitur recta cum orizon spere pertranseat per polos mundi
dividit omnes istos circulos in partes equales unde tanti sunt
arcus dierum quanti sunt arcus noctium apud existentes
sub equinoctio unde patet quod existentibus sub equinoctiali
circulo sub quacumque parte firmamenti sit sol semper est
eis equinoctium

auctor propterea tractat de ortu et occasu signorum ex quibus causantur dies naturales quia qui tractat [illegible] de diebus artificialibus et noctibus et quod sol ascendendo et descendendo describit parallelos qui vocantur arcus dierum et noctium artificialium et dicit ut patet in textu. In spera recta auctor infert corollarium quod sub equinoctiali circulo dies et noctes equales et dicit in spera recta

In spera autem declivi orizon obliquus dividit solum
equinoctialem in duas partes equales unde quando sol est
in alterutro punctorum equinoctialium tunc arcus diei
adequatur arcui noctis et est equinoctium in universa
terra. Omnes vero alios circulos dividit orizon obliquus
in partes inequales · ita quod in omnibus circulis · qui sunt
ab equinoctiali usque ad tropicum cancri · et in ipso tropico
cancri maior est arcus diei quam noctis · i. arcus supra orizo
ntem maior est quam sub orizonte unde in toto tempore

in quo sol movetur a principio arietis per taurum usque ad finem geminis maiorantur dies super noctes · et tanto plus quanto magis sol accedit ad cancrum In omnibus autem aliis circulis qui sunt inter equinoctialem et tropicum capricorni maior est arcus sub orizonte et minor super orizontem unde arcus diei minor est quam arcus noctis et secundum proportionem arcuum minorantur dies super noctes Et quanto circuli sunt propinquiores tropico hiemali · tanto magis minorantur dies ·

auctor prosequitur de inequalitate dierum et noctium in spera obliqua et in spera recta et dicit quod in spera [illegible] declinis orizontis [illegible] auctor ponit [illegible] correlarium quod sequitur ex primo textu

Unde videtur quod si sumantur duo circuli eque distantes ab equinoctiali ex diversis partibus tunc quantus est arcus diei in uno tantus est arcus noctis in alio et econverso Ex quo sequitur quod si duo [illegible] dies naturales sumantur in uno anno equaliter remoti ab alterutro punctorum equinoctialium in oppositis partibus tunc quanta est dies artificialis unius · tanta est nox alterius et econverso

ut in die annunciacionis marie et in die sancti georgii

[illegible] equales [illegible]

sed hoc est quantum ad vulgi sensualitatem in orizontis finitum

motu solis

Nota enim peradeptionem solis contra firmamentum in obliquitate

Zodiaci melius diuiditur et verius

Quanto quis polo mundi magis eleuatur supra orizontem
tanto maiores sunt dies estatis quando sol est in signis septemtri
onalibus Sed econuerso est quando sol est in signis australibus
tunc magis minorantur dies supra noctes Notandum quod sex
signa que sunt a principio cancri per libram usque ad finem sagi
tarii habent ascensiones suas simul iunctas maiores
ascensionibus reliquorum sex signorum que sunt a principio
capricorni per arietem usque ad finem geminorum Unde ista
signa prius dicta dicuntur oriri recte Ista vero sex ultima
dicuntur oblique Versus Recte meant oblique cadunt a side
cancri Donec finitur chiron sed cetera signa nascuntur
prave descendunt tramite recto Unde quando nobis est maxima
dies in estate scilicet sole existente in principio cancri tunc
oriuntur nobis de die sex signa directe orientia de nocte
autem sex oblique orientia Sed econuerso quando est nobis
minima dies in anno scilicet sole existente in principio capricorni
tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia de nocte

vero sex directe Cum aut sol est in alterutro punctorum equinoctialium tunc de die oriuntur tria signa directe orienda et tria oblique Similiter et de nocte · autor ponit quedam notabilia ex quibus primo infert regulam et dicit ut patet in textu quarto aut prius magis etc

Est enim regula Quecunque brevis uel prolixa est nox uel dies sex signa semper oriuntur de nocte et sex de die · non propter prolixitatem uel brevitatem diei uel noctis plura uel pauciora oriuntur Ex hiis colligitur quod cum hora sit spacium temporis in quo medietas signi perorietur in quolibet die artificiali Similiter et in nocte duodecim sunt hore naturales In omnibus autem aliis signis circulis qui sunt a latere equinoctiali uel a parte australi vel septemtrionali maiorantur uel minorantur dies uel noctes secundum quod plura uel pauciora de signis recte orientibus uel oblique oriuntur de die uel de nocte

Notandum etiam quod illis quibus Cenith est in equinoctiali sol bis transit in anno per Cenith capitis scilicet cum sol

est in principio Arietis et in principio libre et tunc
sunt illis duo solsticia alta · et iterum habent yma sol
sticia scilicet quando sol est in primis punctis cancri et capricor
ni Et dicuntur yma solsticia quia tunc sol existens in pre
dictis punctis maxime removetur a cenith capitis eorum
Unde patet ex predictis quod cum semper habeant equino
ctium in anno · quatuor habebunt solsticia · scilicet duo alta
et duo yma Patet etiam quod habent duas estates · scilicet sole
existente in alterutro punctorum equinoctialium uel etiam
prope · habent etiam duas hiemes scilicet sole existente in primis
punctis cancri et capricorni · et hoc est quod dicit Alfraganus
quod hiems et estas sunt illis unius et eiusdem complex
ionis quia illa duo tempora que sunt nobis hiems et estas
sunt illis due hiemes et due estates Unde ex hys patet
expositio versuum lucani qui tales sunt Deprehensum
est hunc esse locum in quo circulus alti · Solsticii medium
signorum percutit orbem Ibi enim appellat lucanus
circulum alti solsticii equinoctialem · in quo contingunt
duo alta solsticia sub equinoctiali existentibus Orbem signorum

Appellat zodiacū que mem̄ ḡ mediatū et diuisū in duo media equinoctialis percutit et diuidit.

Illis aūt contingit in anno quatuor habere umbras Cum enī sol est in alterutro punctorum equinoctialiū. tunc de mane iacitur umbra eorum usque occidentē. in vespere non econuerso In midie vō umbra est illis ppendicularis tum sol sit sup̄ caput eorum. Cum aūt sol est in sign̄s septemtrionalibꝫ tunc umbra eorū iacit̄ usus austrum Eeo qn̄do est in signis australibꝫ tūc umbra eorum iacitur usque septemtrioēm Illis etiā oriuntur et occidunt stelle que sunt iux̄ polos mundi sicut et quibusdam aliis habitantibꝫ ītra equinoctialem Unde Lucanꝯ Tūc furor extremos romanos mouit orestes Carmenos qꝫ duces quorū iam flexus in austrum Ether nō totus mergi tm̄ aspicit arcton. lucet in exigua velox ubi nocte boetes. go mergitur et parum lucet Item dicit Ouidius de eadem stella Tingitur occeano custos hermetidos urse Equoreasqꝫ suo

sidere turbat aquas quod occidit in vetam speram. In situ
autem nro hec quatuor nunquam tendunt ad occidentem.
Unde virgilius hic vertex nobis semper sublimis at illud
Sub pedibus stix atra tenet manes quod profundi. Et lu
canus Axis in occiduus gemina clarissima arctos. Item
Virgilius Arctos oceani metientes in equore tingi.
Item Ovidius Magnarctos nemorum equorum ex parte expectat boe
tam quod polorum.

Illis autem quorum cenith est inter equinoctialem et tropicum
cancri contingit quod bis in anno sol pertransit per cenith
capitis eorum. quod sic patet. Intelligatur circulus parallelus
equinoctialis transiens per cenith capitis eorum. ille cir
culus intersecabit zodiacum in duobus locis eque dista
ntibus a principio cancri. Sol autem existens in illis duo
bus punctis transit per cenith capitis eorum. Unde
duas habent estates et duas hiemes quatuor solsticia
et quatuor umbras sic existentes sub equinoctiali. Jn

tali aut situ quidam dicunt esse arabiam unde lucanus
dicens de arabibus venientibus romam in auxilium pompeyo
Ignotum vobis arabes venistis in urbem umbras mirati
nemorum non ire sinistras Cum in partibus suis quandoque
erant umbre illis dextre · quandoque sinistre · quandoque perpendicu
lares · quandoque occidentales · quandoque orientales · quandoque septem-
trionales · quandoque australes · Sed quando venerunt romam circa
tropicum cancri tunc semper habebant umbras septemtri
onales ·

Illis si quidem quorum cenith est in tropico cancri · contingit
quod sol semel in anno transit per cenith capitis eorum
scilicet quando est in primo puncto cancri · et tunc in una hora
unius diei totius anni est illis umbra perpendicularis
In quo si quidem situ dicitur esse ciene civitas locatur unde
lucanus umbras nusquam flectente ciene · hoc contingit
in meridie unius diei · et per residuum totius anni unde
iacitur illis umbra septemtrionalis ·

Illis vero quorum cenith est inter tropicum cancri et articum
articum contingit quod sol in sempiternum non transit per cenith ca
pitis eorum et illis semper iacitur umbra versus septemtri
onem qualis est situs noster Notandum etiam quod ethiopia vel
aliqua pars eius est ultra tropicum cancri Unde lucanus
Ethiopum quoque solum quod non premeretur ab ulla Signiferi regione
poli nisi poplite flexo Ultima curvati procederet ungula
thauri · Dicunt enim quidam quod ibi signum sumatur equivoce
non pro duodecima parte zodiaci · sed pro forma animalis
que secundum suam partem maiorem est in signo quod denominatur
thaurus Unde thaurus cum sit in zodiaco secundum suam maiorem
partem tamen extendit pedem suum ultra tropicum cancri et
ille premit ethiopiam · sed nulla pars zodiaci premit eam
Si enim pes thauri de quo loquitur lucanus extenderetur
versus equinoctialem ita ut etiopia in directo arietis
vel alterius signi tunc premeretur ab ariete · vel virgine

uel alys signis · qd pz p circulum parallelum equinoctialis circum
ductum per cenith capite ethiopum et ariete et virgine et alia sig

Sed tamen in physica huic contrariatur non enim ita de singulari essent
si in terra spata nascentes et habitabili Ob hoc dicimus quod illa
pars ethiopie de qua loquitur lucanus est sub equinoctiali
circulo et quod per tharam de quo loquitur lucanus extenditur
versus equinoctialem · sed distinguendum inter signa cardialia
et regiones signorum Nam signa cardinalia dicuntur signa
in quibus contingunt duo solsticia et duo signa in quibus contingunt
duo equinoctia Regiones vero appellantur signa inter media
et secundum hoc pz quod cum ethiopia sit sub equinoctiali · tamen
non perimitur ab aliqua regione · sed tamen a duobus signis car
dinalibus scilicet ariete et libra

Illis autem quorum cenith est in circulo artico contingit in
quolibet die anni · quod cenith capitis eorum est idem polo zodiaci

148

etc tunc habent zodiacum sine lineam eclipticam pro orizonte et hoc est quod dicit Alfraganus quod ibi circulus zodiaci reflectitur super circulum emisperii Sed cum firmamentum continue moveatur circulus orisonti intersecabit zodiacum in instanti · et cum isti circuli sint maximi circuli in spera intersecabunt se in partes equales Unde statim una medietas zodiaci emergitur supra orizontem et reliqua sub orizonte deprimitur · et hoc est quod dicit Alfraganus quod ibi occidunt repente sex signa · et reliqua sex signa oriuntur cum toto equinoctiali Cum etiam ecliptica illo rum aliquando sit orizon sole existente in primo cancri cum illis unus dies articus fere xx horarum · et quasi instans pro nocte · quia in instanti sol tangit orizontem · et statim emergit et ille contactus est pro nocte illis · ergo contingit illis quorum sole existente in primo puncto capricorni Est enim illis nox una fere xx horarum et quasi instans pro die

Illis vero quorum cenith est inter circulum articum · et polum mundi articum contingit quod orison eorum intersecat zodiacum

in duobus punctis eque distantibus a principio cancri · et in revolucione firmamenti contingit quod illa pars zodiaci intercepta inter orisontem · et circulum articum semper reliquum supra orizontem Unde patet quod quamdiu sol est in illa porcione intercepta erit eis una dies continua sine nocte ergo si illa porcio fuerit ad quantitatem unius signi erit ibi dies continue ad quantitatem unius mensis sine nocte Si autem fuerit ad quantitatem duorum signorum erit ibi unus dies continuus ad quantitatem duorum mensium sine nocte · et sic deinceps · et tamen plures revoluciones erunt eis dies unus Similiter econtrario contingit quod porcio intercepta ab illis duobus punctis eque distantibus a principio capricorni semper remanet sub orisonte Unde sol quando est in illa porcione intercepta erit eis una nox continua sine dies brevis uel longa secundum quantitatem porcionis intercepte · et tamen plures revoluciones erunt una nox Signa autem reliqua que eis oriuntur et occidunt preposteve eis oriuntur et occidunt · sicut Thaurus ante arietem · aries ante pisces · pisces ante aquarium · et sic signa eis opposita oriuntur recto ordine · sed occidunt preposteve

ut scorpio ante libram · libra ante virginem · et virgo ante leonem · et sic signa eis opposita oriuntur econverso ·

Illis autem quorum cenith est in polo artico contingit quod illorum orizon est idem quod equinoctialis unde cum equinoctialis intersecat zodiacum in duas partes equales · sic et illorum orizon relinquet medietatem zodiaci supra se · et relinquam medietatem infra unde cum decurrit per illam medietatem que a principio est arietis usque ad finem virginis erit una dies continua sine nocte in tota illa medietate Et cum sol decurrit in reliqua medietate que est a principio libre usque ad finem piscium erit una nox continua sine die Quare una una medietate totius anni cepit eis est una dies artificialis et alia medietate una nox unde annus totus est ibi una dies naturalis Sed cum ibi numquam sol magis quam 23 gradibus sub orizonte deprimatur uidetur quod illis fit dies sine nocte Nam et nobis dicitur dies ante solis ortum supra orizontem · hoc tamen est quantum ad vulgarem sensualitatem Non enim dies est artificialis quantum ad philozophicam ueritatem nisi ab ortu solis usque

ad occasum eius sub orisontem Ad hoc itm q lux uide^r
ibi non esse ppetua · dicend q ibi aer est nebulos et spi
ssus Radii em solaris debilis exns ultra plo d uapo-
ribus eleuat quam consume valet · vn aem no seuat et
hoc apparet per locum a maior h^t em sepe gtingit apt
nos cum em die sol ascendit supra nostrum orizontem.

Imaginetur vo circl qd m supficie terre directe
supraposit eqnoctiali · et intelliga^r alius circulus
in supficie terre transiens per orientem et occidentem
et per polos mundi Isti duo circuli intersecant se in duo-
bus locis · ad angulos rectos et spales · et diuidut totam
terram in quatuor partes uel quartas quaru vna est
habitabilis nra illa · scz^t que incipitur int^r semicirculum
ductum ab oriente in occidentem per polum articum
no tn illa qrta tota est habitabilis qm partes illius
propinque sunt inhabitabiles polo artico propter in-
mium calorem Similiter partes eius propinque eqnoctiali

ille sunt inhabitabiles ppt nimium calorem Intelligatur vero linea eque distans ab equinoctiali dividens partes quarte inhabitabiles ppt calorem a partibus habitabilibus que sunt versus septemtrionem Intelligatur aut alia linea eque distans a polo artico dividens partes quarte inhabitabiles ppt frigus a partibus habitabilibus que sunt versus equinoctialem Inter istas duas extremas lineas intelligantur sex linee parallelli que cum partibus prioribus duabus dividunt totalem partem quarte habitabilis in septem partiones que dicuntur septem climata.

Medium autem primi climatis est ubi maior prolixitas diei est 13 horarum et elevatur polus mundi supra circulum emisperii 16 gradibus Et primum clima dyameroes Medium vero eius est ubi diei prolixitas est 12 horarum et dimidie hore et quarte parte unius hore et elevatur polus supra orizontem 12 gradibus et dimidio et quarta unius et extenditur latitudo eius usque ad locum ubi longitudo prolixioris diei

est 13 horarum et quarta vnius · et eleuatur polus 30 gradibus et dimidio per orizontem quod spacium est 30 X miliorum xviii stadiorum

Medium secundi climatis est ubi maior dies est 13 horarum et dimidie · et eleuatio poli super orizontem 24 gradibus et 3a parte vnius · Et dicitur clima dyaceneos · latitudo vero eius ex termino primi climatis usque ad locum ubi fit dies prolixior 13 horarum et dimidie ac 3a parte vnius hore et eleuatur polus mundi super orizontem 24 gradibus cum et dimidio quod spatium terre est 30 X miliarum et quatuor stadiorum ·

Medium autem tercii climatis est ubi fit longitudo diei proli-xioris 14 horarum et supra orizontem poli 30 gradibus et dimidii et quarte partis vnius gradus · et dicitur clima Alexandrias · latitudo vero eius ex termino secundi climatis usque ad locum ubi dies prolixior est 14 horarum et 3a vnius et eleuatio 33 gradibus et duarum tertiarum · quod spatium terre

est 270 miliarium.

Medium quarti climatis est ubi maior dies est 14 horarum et dimidie et altitudo poli 36 graduum et duarum quartarum. Et climatis dyarodon. latitudo vero eius est ex termino 3ii climatis usque ad locum ubi dies prolixior est 14 horarum et dimidie et 3te unius. et elevatio poli mundi 39 graduum et spatium terre 300 miliariorum.

Medium quinti climatis est ubi maior est dies 15 horarum et elevatio poli 41 graduum et 2e partis unius. Et clima dyaromos. latitudo vero eius est ex termino 4ti climatis usque ad locum ubi prolixitas maior est 15 horarum et 3te unius. et axis elevatio 43 graduum et dimidii. quod spatium terre 277 miliarium.

Medium sexti climatis est ubi prolixior dies 15 horarum et dimidie et 3te unius. et elevatio polus supra orizontem

xl gradibus et duabus quintis unius. Octavum clima borestenos latitudo eius est ex termino quinti climatis usque ubi longitudo prolixior 17 horarum et dimidie et tertie unius. et elevatio axis xl graduum et tertie unius que distantia terre est 212 miliarium

Medium septimi climatis ubi prolixitas diei fit 16 horarum et elevatio poli supra orizontem x9 graduum et duarum tertiarum. Octavum clima dyarifeos. Cuius vero latitudo est ex termino sexti climatis usque ubi maxima dies est 16 horarum et tertie unius. et elevatur polus super orisontem 70 et dimidio quod spacium terre est 187 miliarium.

Ultra autem septimi finem climatis terram licet plures sunt insule et hominum habitationes quecumque tamen est in parve habitationis ideo sub climate non computantur. Omnis itaque inter terram initialem et finalem climatum diversitas est trium horarum et dimidie. et ex elevatione poli super orizontem 28 graduum.

Sic ergo patet unumquodque climatis latitudo a primo climate versus equinoctialem usque ad finem climatis versus polum articum. Et quod latitudo primi climatis maior est latitudine secundi climatis et sic deinceps. longitudo autem climatis potest appellari linea directa ab oriente in occidentem eque distans ab equinoctiali. Unde longitudo primi climatis est maior longitudine secundi climatis et sic deinceps quod contingit propter angustiam sphere.

Notandum etiam quod sol unicum habet circulum per quem movetur in superficie ecliptice. et est eccentricus. Eccentricus quidem dicitur omnis circulus et solum ille qui dividens terram in partes equales non habet centrum suum in centro terre. sed extra. Punctus autem in eccentrico est qui maxime accedit ad firmamentum vocatur aux vel augis quod interpretatur elevatio. Punctus autem oppositus qui maxime remotus a firmamento dicitur oppositum augis. Sol autem ab occidente moventem duo sunt motus quorum unus est proprius

142

75

ei in circulo suo ecentrico quo in omni die et in nocte mouetur

de min' fere. Alius vero tardior est motus spere ipsius super polos

axis circuli signorum et est equalis motui spere stellarum

fixarum scilicet in centum annis gradu uno. Ex hys itaque

duobus motibus colligitur cursus eius in circulo signorum ab occi-

dente in orientem per quem abscidit uel transcurrit siue

diuidit circulum signorum in 367 diebus et quarta unius

diei naturalis preter rem modicam que nullius est sensibilitatis

Cuilibet autem duo planeta preter solem tres habet circulos

scilicet equantem deferentem et epiciclum. Equans quidem circulus

lune est concentricus cum terra et non est in superficie ecliptice

Deferens vero circulus est excentricus tamen tamen non est in superficie ecliptice · ymo vna eius medietas declinat versus septemtrionem alia vsque austrum · et intersecat deferens equantem in duobus locis et figura intersectionis appellatur draco · quia lata est in medio et angustior vsque finem. Intersectio igitur illa per quam linea motus ab austro in aquilonem appellatur caput draconis · reliqua vero intersectio per quam motus a septemtrione in austrum dicitur cauda draconis. Deferens eius et equans tamen planete sunt equales ·

Et sciendum quod tam deferens quam equans saturni iovis martis veneris et mercurii sunt excentrici et extra superficiem ecliptice et tamen illi duo circuli sunt in eadem superficie. Item quilibet autem planeta habet epiciclum preter solem · et epiciclus est parvus circulus per cuius circumferentiam defertur corpus planete · et centrum epicicli semper defertur ad circumferentiam deferentis. Si igitur due linee ducantur a centro terre ita quod includant in se epiciclum contingendo

planete una ex parte orientis alia ex parte occidentis
tunc punctus stacionis ex parte orientis dicitur prima statio. punctus
vero ex parte occidentis dicitur secunda statio. et quando planeta
in altitudine istarum stationum dicitur stationarius. Arcus autem
epicicli superior inter duas stationes interceptus dicitur directio.
et quando planeta est in illo dicitur directus. Arcus vero epicicli
inferior inter duas stationes interceptus dicitur retrogradatio
et planeta ibi existens dicitur retrogradus. Lune autem non
assignatur statio vel directio nec retrogradatio. Unde
non dicitur luna stationaria directa vel retrograda
propter velocitatem motus eius in epiciclo.

Cum autem sol sit maior tota terra. necesse est quod medietas
spere terre motu. ad minus a sole semper illuminetur. et umbra
terre extensa in aere tornatilis minuatur in rotunditate
donec deficiat in superficie circuli signorum inseparabilis a nadir
solis. Unde cum in plenilunio luna fuit in capite
vel in cauda draconis sub nadir solis. tunc terra interpo-
nitur soli et lune et conus umbre cadat super corpus lune

Unde cum luna lumen non habeat nisi a sole in veritate deficit a lumine. et est eclipsis generalis. si fuerit in capite vel in cauda draconis directe. particularis si fuerit prope vel infra metas determinatas eclipsi et ista eclipsis in plenilunio vel circa plenilunium contingit. Unde cum in qualibet oppositione hoc est in plenilunio non sit luna in capite vel in cauda draconis nec sub nadir solis non est necesse quolibet plenilunio lunam pati eclipsim.

Cum autem luna fuerit in capite vel in cauda draconis vel prope infra metas et in coniunctione cum sole tunc corpus lunare interponetur inter aspectum nostrum et corpus solare. Unde obumbrabit nobis solis claritatem et ita sol eclipsabitur non quia deficiat a lumine. sed quia deficit visui nostro propter interpositionem lune inter aspectum nostrum et solem. Ex predictis patet quod semper debet esse eclipsis in coniunctione sive in novilunio.

Notand etiã qz qñ
est eclipsis lune ẽ
eclipsis in omi t̃ra.
sed qñ est eclips sol
necessariz. quia in ciuitate
vno est eclips. et in
alio non qd contingit ppt diuersitatem aspectus in diu̾sis climatibz
vnde virgilius elegantissime natm vtriusqz eclips sb cpedio
tetigit dicens Defectus lune varios solis qz labores

Ex predictis patet etiã qz nõ fuit eclips solis esset in passione
dni et eadẽ passio esset in plenilunio. hec enim nõ sunt
naturalis sed miraculosa. et cõtra natm qm eclips solis in no-
uilunio uel ita debet contingẽ. Ppter hoc legitur dyonisius
ariopagitam in eadem passione dixisse aut deus naturã
patitur. aut mundi machina dissoluetur. Finis hic

Postulata a domino prolixitate vite regis sadaka et
gladii regni et durabilitate sui honoris, custodia
post eius spatium sive bonorum atque extensione sui imperii
exordiamur id quod volumus narrare. Cum vidissem
conventum quorundam antiquorum ex auctoribus magisterii
iudiciorum astrorum edidisse libros quos vocant introducto-
rios huius magisterii scilicet iudiciorum astrorum, sed quosdam ex
eis non fuisse scrutatos diligenter universa que necessaria sunt
in eodem magisterio, et his que vocantur introductorio, quosdam vero
que necessaria sunt protulisse prolixe, et ex quo necessarium est in eo periisse
cernerem, quosdam vero in ordinatione eorum que protulerunt non incessisse
itinere discipline conspexissem, cepi edere hunc librum, et posui eum
introductorium atque collegi in eo ex dictis antiquorum quicquid
necessarium est huic magisterio secundum introductorium, et non introduxi
rationes disputationis sive extensionis eorum que protulimus necessaria
cum sint in libro ptholomei qui appellatur alarbamalek id est quatuor
tractatuum, et in libro meo quem edidi in confirmatione magisterii iudiciorum
astrorum et in destructione epistole alisse benhali in annullatione
eius ex ratiocinatione que ad hoc possit sufficere, et divisi eum in quinque differentias.

Prima differentia in esse circuli signorum essentiali et accidentali. Secunda
differentia in natura planetarum septem, et quicquid sit illis proprium
, et quid significet. Tertia in his que accidunt planetis septem
in semetipsis et quid accidat eis ad invicem. Quarta in expositione nominum
astrorum. Quinta in universitate partium et expositione esse eorum
in gradibus

Nota. Circulus signorum dividitur in duodecim partes equales
secundum divisionem circuli signorum et hee partes dicuntur signa
et referuntur ad ymagines que sunt sub eodem zodiaco, que sunt
Aries, thaurus, Gemini, cancer, leo, virgo, libra, scorpius
Sagittarius, capricornus, aquarius, pisces. Et unumquodque istorum
signorum dividitur in triginta partes equales que gradus vocantur
, et gradus dividitur in 60 minuta, et minutum in 60 secunda, et secundum
in 60 tertia, et tertium in 60 quarta que sequuntur quarta sunt

hoc est tamen dicendum circulum signorum secundum speciem qui est nobis sensibiliter apparens et eius divisio in 12 partes equales notificatur nomine orbis et dividitur in 12 partes equales que partes recipiunt plura nomina a nobis quibus partes que ipse vocantur, et sunt ea, Aries thaurus Gemini etc.

et quia ascendencium ad infinita Et sex ex hiis signis sunt
septentrionalia a linea equinoctiali i ab inicio Arietis usque in fi:
nem virginis. et sex meridionalia i ab inicio libre usque in
fine piscium. et sex ex illis directe ascendentia dicuntur i ab inicio
Cancri usque in fine sagittarii. et sex tortuose ascendentia dicuntur
i ab inicio capricorni usque in fine geminorum. et tortuose ascendentia
obediunt directe ascendentibus. hec est duo signa que sunt unius
longitudinis usque a capite Cancri obediunt sibi ut gemini
thauro. thaurus leoni. aries virgini. et pisces libre.
aquarius scorpioni. et capricornus sagittario Et duo signa que
sunt unius longitudinis a capite arietis dicuntur concordantia in itinere
ut aries et piscis. thaurus et aquarius. gemini et capricornus
cancer et sagittarius. leo et scorpio. virgo et libra Et vocatur
medietas circuli que est ab inicio leonis usque in fine capricorni
medietas maxima. et est medietas solis. quia sol in omni hac
medietate habet principatum sicut habent alii planete in suis
finibus Et alia medietas per ascensiones suas que
incipiunt a domo solis. que sunt maior estas. que est ab inicio
Aquarii usque in fine Cancri vocatur medietas minima. et est
medietas lune. quia luna licet in hac medietate principatum
sicut sol in maxima. et vocatur illa medietas que est ab inicio
arietis usque in fine virginis medietas calida. et alia que est
ab inicio libre usque in fine piscis vocatur medietas frigida Et
vocatur illa quarta circuli que est ab inicio arietis usque in
fine geminorum quarta calida humida vernalis puerilis
sanguinea. et illa que est ab inicio cancri usque in fine virginis
dicitur quarta calida sicca estivalis colerica. et illa que est ab
inicio libre usque in fine sagittarii dicitur quarta frigida sicca au:
tumpnalis et melancolica. et sit initium diminucionis
mediocris mediocris etatis. et illa que est ab inicio ca:
pricorni usque in fine piscis dicitur quarta frigida humida de:
fectiva senilis hiemalis flegmatica. Omnibus autem

planetis erraticis qui feruntur in his signis. non quod sint in eis
sed feruntur sub eis. id est in directo eorum. Altior et superior eo circulo suo
et cursu tardior est saturnus. Deinde iupiter. Deinde mars. Deinde
sol. Deinde venus. Deinde mercurius. Deinde luna. que est infe-
rior. et cursu omnibus velocior. Significat etiam per caput et caudam
draconis in planetis quedam stationes. sicut exponemus in sequentibus

Habent quoque planete in his signis potestates quasdam per naturam
quasdam per accidens. que sunt per naturam sunt hee. domus. ex-
altatio. termini. triplicitas facies. De his autem que per accidentia sunt tracta-
bimus in loco convenienti. Domus hee sunt. aries et scorpio. sunt
domus Martis. thaurus et libra domus veneris. gemini et virgo
domus mercurii. cancer domus lune. leo domus solis. sagitta-
rius et piscis domus Iovis. capricornus et aquarius domus saturni
Septimum autem signum a domo uniuscuiusque dicitur eiusdem planete fore
detrimentum. Et si duo signa fuerint domus unius planete dicuntur
concordantia in Almanantica. hoc est in cingulo. quod latum est in me-
dio. et in ligatura stricta. et hoc fit de zodiaco. Signa autem
in que planete dum intrant dicuntur gaudere in eis. dicuntur
domus eorum secundum Albuchen. sunt hec Saturnus dum intrat aqua-
rium gaudet etc. et iupiter in sagittario. mars in scorpione
venus in thauro. et mercurius in virgine

Hee sunt exaltationes planetarum. sol exaltatur in ariete. hoc est
in decimo nono gradu eius. luna in tercio gradu thauri. saturnus
in 21 gradu libre. Iupiter in 17 gradu cancri. Mars in 28
gradu capricorni. venus in 27 gradu piscis. Mercurius in ~~27~~
17 gradu virginis. caput draconis in 3 gradu geminorum. et cau-
da in 3 gradu sagittarii. In septimo autem signo ab exaltatione
uniuscuiusque planete in simili gradu erit eius depressio. Verbi gratia
sicut sol exaltatur in 19 gradu arietis. ita in 19 gradu libre cadit
etc. de ceteris. Ptholomeus autem ponit arietem totum exaltationem
solis. et thaurum totum exaltationem lune. et sic de aliis

Triplicitates vero sic distinguimus. omnia enim tria
signa. que in una natura mutuo concordant faciunt tripli-
citatem. et eodem nomine vocatur triplicitas. Aries vero et
leo et sagittarius faciunt triplicitatem primam. quia unumquodque illorum

signorum est igneum . masculinum diurnum . calidum scilicet et siccum . co-
lericum . sapore amarum . Est quoque et hec triplicitas orientalis, cuius
dominus sunt in die sol . et in nocte jupiter . et eorum particeps in die
sol ac nocte est saturnus . Triplicitas secunda est ex thauro virgine et
capricorno . quia hec sunt signa feminina nocturna terrea frigida
et sicca melancolica . sapore acra . meridiana . huius quoque triplici-
tatis dominus sunt in die venus . et in nocte luna . quorum particeps in
die et in nocte est mars . Triplicitas tertia ex geminis libra et
aquario . quia hec signa sunt masculina diurna sanguinea occiden-
talia aerea sapore dulcia . cuius triplicitatis dominus sunt in die
saturnus . et in nocte mercurius . eorum quoque particeps in die ac nocte
est jupiter . Quartam vero triplicitatem faciunt cancer scorpio et
pisces . quia hec signa sunt feminina nocturna septentrionalia aquati-
ca flegmatica frigida et humida sapore salsa cuius triplici-
tatis dominus sunt in die venus . et in nocte mars . quorum particeps
in die ac nocte luna

Mobilia

Quatuor quoque ex hiis signis dicuntur esse mobilia . scilicet aries
cancer libra et capricornus . et quatuor fixa scilicet thaurus
leo scorpio et aquarius . reliqua vero quatuor . scilicet gemini
virgo sagittarius et pisces sunt communia dicuntur autem mobilia
quia cum ingreditur sol aliquod istorum movetur . id est mutatur tempus
fixa vero dicuntur quia cum sol est in eis figitur . id est in eodem
statu perseverat . et communia eo quod medietas illius erit
unius temporis . et medietas alterius verbi gratia cum sol signum
arietis ingreditur mutatur tempus . scilicet convertitur hiems in ver
et cum intrat thaurum figitur tempus vernale . cum vero sol
ingreditur geminos . fit tempus commune . id est dimidium veris et
dimidium estatis et cetera

De aspectibus

Quoniam signa se vident . hoc est quod signum aspicit secundum
ante se . et secundum post se . quod est unicum . et hic aspectus
dicitur sextilis . et hic aspectus dicitur dilectionis . et amicicie me-
die . dicitur autem sextilis eo quod teneat sextam partem circuli . i.
60 gradus verbi gratia . planeta qui est fuerit in initio arietis
aspicit eum qui fuerit in geminis ante se . et eum qui fuerit in
aquario post se . et aspicit quartum post se . et quartum ante se . i.
90 signum . et hic aspectus vocatur tetragona radiatio

eo quod teneat quartam partem circuli i. 90 graduum. et aspectus discordie atque medie inimicitie. apparet etiam in quarto signo ab se et quarto signo post se quod est nonum. et hic aspectus dicitur trigona radiatio. eo quod tertiam partem celi teneat i. 120 graduum. et est aspectus concordie et dilectionis perfecte. apparet etiam septimum per oppositum. et est aspectus inimicitie et discordie perfecte. et si in his signis ita se aspicientibus fuerint planete dicuntur se aspicere hoc aspectu. Et si duo planete fuerint in uno signo coniuncti dicuntur. tunc vero planeta fuit in aliquo signo erunt radii eius in signis illis que aspiciunt ipsum signum in pari gradu atque minuto. verbi gratia si fuit mars in primo gradu arietis et in primo minuto eius gradus erunt radii eius in primo gradu signi libre. et primo minuto eius gradus. et sic intellige de ceteris aspectibus.

Sunt etiam planete in signis termini vel facies. quia in uno quoque signo habent quinque planete terminos per diversos gradus dispositos. Nam ab initio arietis usque in sextum gradum eiusdem est terminus Jovis. et a sexto usque in 12 est terminus Veneris. et a 12 usque ad 20 terminus Mercurii. et a 20 usque in 25 terminus Martis. et a 25 usque in 30 terminus Saturni. et propter diversitatem istorum graduum et quantitate mediocrie eorum graduum scripsimus eos in thabula ut levius esset opus

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aries | Jupiter | 6 | Venus | 6 | Mercurius | 8 | Mars | 5 | Saturnus | 5 |
| Thaurus | Venus | 8 | Mercurius | 6 | Jupiter | 8 | Saturnus | 5 | Mars | 3 |
| Gemini | Mercurius | 6 | Jupiter | 6 | Venus | 5 | Mars | 7 | Saturnus | 6 |
| Cancer | Mars | 7 | Venus | 6 | Mercurius | 6 | Jupiter | 7 | Saturnus | 4 |
| Leo | Jupiter | 6 | Venus | 5 | Saturnus | 7 | Mercurius | 6 | Mars | 6 |
| Virgo | Mercurius | 7 | Venus | 10 | Jupiter | 4 | Mars | 7 | Saturnus | 2 |
| Libra | Saturnus | 6 | Mercurius | 8 | Jupiter | 7 | Venus | 7 | Mars | 2 |
| Scorpio | Mars | 7 | Venus | 4 | Mercurius | 8 | Jupiter | 5 | Saturnus | 66 |
| Sagittarius | Jupiter | 12 | Venus | 5 | Mercurius | 4 | Saturnus | 5 | Mars | 4 |
| Capricornus | Mercurius | 7 | Jupiter | 7 | Venus | 8 | Saturnus | 4 | Mars | 4 |
| Aquarius | Mercurius | 7 | Venus | 6 | Jupiter | 7 | Mars | 5 | Saturnus | 5 |
| Piscis | Venus | 12 | Jupiter | 4 | Mercurius | 3 | Mars | 9 | Saturnus | 2 |

Termini egiptiorum et dicuntur hermetis

Quidam tamen proponunt triplicitates terminis eo quod domini triplicitatis sunt fortiores in nutricione quia sunt nutritores. et quia discordia est in

triplicitate sicut e in terminis eorum promitur . et domini termini sunt in diversitate fortiores

De faciebus

Facies autem signorum sunt hee . unumquodque signum dividitur in tres partes equales . unaquaque pars de decem gradibus constat et vocatur facies . quarum initium e a primo gradu arietis . prima ergo facies e a primo gradu arietis usque in decimum et datur marti . 2a usque in vicesimum et datur soli . qui succedit ei in ordine circulorum . tercia usque in finem predicti signi et e veneris . post hec prima facies thauri e mercurij . qui venerem succedit . et ita usque in fine signorum . Cum ergo habuimus aliquos gradus in aliquo signo . et volumus scire . cuius facie planete sint . sume ab initio arietis signa . usque ad signum de cuius facie volumus scire . et triplica ea . et quod fuit adde si preterierint de faciebus illius signi . cuius faciem volumus scire . et proice a planeta qui e dominus prime faciei primi signi arietis qui e mars . secundum successionem circulorum septem . et septem planetarum . et quod remanserit infra septem . inicia a septem marte per successionem signorum planetarum . et quo finitus fuit numerus prima facies illius signi . [illegible] fuerint gradus usque in decimum gradum eiusdem signi illius planete . ad quem fuit finitus numerus . et a decimo usque in vicesimum alterius planete . qui eum succedit . et a 20 usque in fine signi alterius . qui eum succedit . in cuius [illegible] fuerit gradus de signo . et de facie eius planete . Vocantur autem [illegible] faciorum domini ab aliquibus decani

De virtutibus planetarum

Et quia ammonere de tractatu de proprietatibus planetarum in signis que sunt domus . exaltatio . triplicitas . termini . et facies . nunc ergo tractemus de virtutibus seu de fortitudinibus eorum in ipsis . Nam dominus domus habet quinque fortitudines . et dominus exaltationis quatuor . et dominus triplicitatis tria . et dominus termini duo . et dominus facie unam . Intellige ergo [illegible] numero fortitudines planetarum qui enim magis abundat in numero . magis abundat in fortitudine . et quidam promittunt dominum triplicitati . et volunt ut dominus termini fortior sit domino triplicitatis si iam oppositum in quo velit unusquisque . et quidam [illegible] de illa re . de [illegible] [illegible] dicitur quod planeta cum fuit in domo sua . e sicut viro in domo atque dominatione sua . et cum fuit in exaltatione sua e sicut viro in regno suo atque gloria . et cum fuit in termino suo e sicut viro inter parentes suos et cognatos atque gentes . et dum e in triplicitate sua est sicut vir in honore suo . et inter auxiliatores suos atque ministros . et cum fuit in facie sua erit sicut vir in magisterio suo . hee sunt virtutes planetarum essentiales in signis . et sequuntur has figure signorum

Quia in signis sunt que signa que dicuntur vocalia .i. virgo gemini
libra aquarius et prima medietas sagittarii, quorum horum ymma-
gines in circulo ad ymagines hominum figurantur, quorum horum ymagines
in circulo. Haec quae dicuntur pulcras voces habentia. Haec quae vigent
cum fuerint in oriente, et quae dicuntur alas habentia .i. gemini virgo pisces
quae quadrupedia .i. leo et sagittarius. Et quae commestica. ut aries
thaurus capricornus. et haec viget cum fuerint in medio celi. Ad virgo
capricornus. et ~~haec viget~~ aquarius viget cum fuerint in oppositione
et haec de signis quae sunt vitiosa et tortuosa .i. aries thaurus
cancer scorpio et capricornus. et quae de his dicuntur plures proles
habentia cancer scorpio pisces. et haec viget cum fuerint in occidente, et
quae sunt sterilia .i. gemini leo et virgo. et quae sunt paucos filios
habentia .i. aries thaurus libra sagittarius capricornus et aquarius
et quae dicuntur multum luxuriosa .i. aries thaurus leo et capricornus
et de istis quae dicuntur dimidiam vocem habentia illa sunt que for-
mantur ad ymagines animalium balantium et rugientium. ut
aries thaurus leo capricornus. et ultima pars sagittarii. et quae sunt
vocem tacentia. ista sunt que formantur ad ymagines animalium vocem tacen-
tium ut cancer scorpio pisces. Et unumquodque signorum habet proprias species
in hiis que sunt de creatione sive moribus hominum. sementium et regionum

circa partem corporis humani respicit aliquod signum de hiis

Aries habet de corpore hominis caput et faciem. et de regionibus
babel .i. babiloniam et persiam. et arabiam et falastim
.i. palastinam. Thaurus habet arbores que plantantur. et de corpore hominis
collum. et gutturis nodum. et de regionibus ad ezemeth et alme-
hijm. et aratcrath. Signum geminorum est largum boni animi
habet de corpore hominis humeros et brachia et manus, et de re-
gionibus ingem et armeniam minorem. minorem. arabiam, minor arabia
et egiptum et bartha. Cancer habet de arboribus eas que fuerint equales
longitudine. et de corpore hominis pectus stomachum costas splen et
pulmonem. et de regionibus armeniam minorem. et orientalem
plagam thorathem et achrim. et habet principium .i. barach
et arrabigemen. Leo habet arbores preceres calidus. ve~~r~~puta
quasi et multe angustie ac asperitie. et habet de corpore hominis cor latera
et dorsum. et de regionibus athurhum. usque in fine regionis
habitabilis. Virgo habet quantumque seminatur et de regionibus. et est larga
boni animi, habens de corpore hominis ventrem. et inferiora sicut inte-
stina. et de regionibus algeranthira et asen. est quedam

tta ihesum et effraten et insulam que e hispania. Libra sig(nificat) arbores pctas et e longa boni animi. sig(nificat) ex corpore hominis circa limbos inferiora ventris ymbilicum pecten et verenda renes ilia et nates. et ex regionibus terram romanorum vel grecorum et que sunt circa eius fines usque ad affricam. et ad fines ethiopie pegesten et baruch. Scorpio sig(nificat) arbores longi(tu)dinis celestes largus boni animi et sig(nificat) ex corpore hominis testiculos vesicam anum et femora. et ex regionibus hel thigeth et arabiam et fines eius usque ad algemen. Sagittarius ingeniosus et callidus. sig(nificat) ex corpore hominis femora et ex regionibus ethiopiam et terram arabum que est india. Capricornus bone vite iracundus cautus multe tristicie. sig(nificat) ex corpore hominis genua. et ex regionibus vaham usque ad duo maria et usque ad almyth. que est india. Aquarius sig(nificat) ex corpore hominis a genibus usque ad inferiora. et ex regionibus albisa. et partes eius. et partem terre egypti. et occidentalem plagam terre. Pisces cautus et callidus corruptus multi coloris habens ex corpore hominis pedes. et ex regionibus thabegera. et septemtrionalem partem terre. et precipue in romanis usque ad assen. et sig(nificat) insulam et egyptum mare et allexandriam.

Et sequitur significauerunt planete dolorem habent in unoquoque signo membrum proprium. tractemus quo de doloribus planetarum in signis. et quem dolorem in membris hominis planeta in dicto signo faciet. et primo incipiamus ab ariete. In ariete saturnus sig(nificat) pectus. Jupiter ventrem. Mars caput. Sol femora. Venus pedes. mercurius crura. luna genua. In thauro saturnus ventrem. Jupiter dorsum. Mars collum. Sol genua. Venus caput. Mercurius pedes. luna crura. In Geminis. saturnus ventre. Jupiter verenda et que succedunt. Mars pectus. Sol crura. Venus collum. Mercurius caput. luna femora. In Cancro. Saturnus virilia et eis succedentia. Jupiter femora. Mars pectus. Sol pedes. Venus brachia et humeros. Mercurius oculos. luna caput. In leone. Saturnus verenda et eis succedentia. Jupiter genua et femora. Mars ventre. Sol caput. Venus cor. Mercurius humeros et guttur. luna collum. In virgine. Saturnus pedes. Jupiter genua et eis succedentia

Mars ventrem prope verenda · Sol collum · Venus ventrem
· Mercurius cor · luna humeros In libra Saturnus genua
et precedencia · Jupiter oculos · Mars verenda et precedencia
· Sol humeros · Venus caput · Mercurius ventrem · luna cor.
In Scorpione Saturnus cavillas et precedencia · Jupiter pedes
· Mars caput brachia et femora · Sol cor · Venus verenda
et precedencia · Mercurius dorsum · luna ventrem In Sagit
tario · Saturnus pedes · Jupiter crura et caput · Mars manus
· Sol ventrem · Venus femora et brachia · Mercurius cor · luna
dorsum In Capricorno · Saturnus caput et pedes Jupiter
genua et oculos · Mars crura et humeros Sol dorsum · Venus
femora et cor · Mercurius verenda et precedencia · luna femora
In Aquario · Saturnus caput et collum · Jupiter pectus et pedes
· Mars cor · Sol verenda et precedencia · Venus genua Mer
curius femora et cor · luna verenda In pisce Saturnus
humeros brachia et collum Jupiter cor et caput · Mars
ventrem · Sol femora · Venus collum et dorsum · Mercurius
crura · luna femora

Sunt eciam in unoquoque signo gradus qui proprie masculini aut feminini
dicuntur · Nam ab inicio Arietis usque in octavum gradum dicuntur
masculini · et ab octavo in nonum feminini · et a nono in quin
decimum masculini · et a quindecimo in 22 feminini · et a 22 usque
in finem Arietis masculini · quos decrevimus scribere post descrip
signorum terminos · et modo pingamus in tabula ut levius videatur
opus deo auxiliante

Aries m 8 f 1 m 6 f 1 m 8
Taurus f 7 m 6 f 6 m 4 f 3 m 6
Gemini f 7 f 11 f 6 m 4 f 4
Cancer m 2 f 6 m 2 f 3 m 11 f 4
Leo m 7 m 3 m 3 f 8 m 10
Virgo f 8 f 4 f 8 m 10 · 0 · 0 ·
Libra m 7 · f 10 m 7 f 7 m 3
Scorpio m 4 f 10 m 3 f 8 m 7
Sagittarius m 2 f 3 m 1 f 12 m 6
Capricornus m 11 f 4 m 11 0 0 0 0
Aquarius m 7 f 10 m 6 f 4 m 2 f 3
Pisces m 10 f 10 m 3 f 7 m 2

Et in uno quoque istorum signorum sunt gradus qui dicuntur lucidi, et gradus qui dicuntur tenebrosi, et gradus qui dicuntur fumosi, et gradus qui dicuntur vacui. Dicemus tenebrosi ab initio arietis usque in tertium gradum, et a tertio in octavum lucidi, et ab octavo in sedecimum tenebrosi, et a sedecimo usque in vicesimum lucidi, et a vicesimo usque in vicesimum quartum vacui, et a 24 usque in 29 lucidi et a 29 usque in finem arietis vacui. De quibus faciemus tabulam si deus voluerit

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aries | te | 3 | lu | 7 | te | 8 | lu | 4 | va | 4 | lu | 7 | va | 1 |
| Taurus | lu | 3 | lu | 4 | va | 7 | lu | 3 | va | 7 | lu | 8 | te | 2 |
| Geminorum | lu | 4 | te | 3 | lu | 7 | va | 4 | lu | 6 | te | 7 | va | 3 |
| Cancer | lu | 12 | te | 2 | va | 4 | fu | 2 | lu | 8 | va | 2 | | |
| Leo | te | 10 | fu | 10 | va | 7 | lu | 7 | 0 | 0 | 0 | 0 | | |
| Virgo | te | 7 | lu | 3 | va | 2 | lu | 6 | fu | 6 | va | 4 | te | 4 |
| Libra | lu | 7 | te | 7 | lu | 8 | te | 3 | lu | 6 | va | 3 | | |
| Scorpio | te | 3 | lu | 7 | va | 6 | lu | 6 | fu | 2 | va | 7 | te | 3 |
| Sagittarius | lu | 9 | te | 3 | lu | 1 | lu | 4 | lu | 1 | 0 | 0 | | |
| Capricornus | te | 1 | lu | 3 | fu | 7 | lu | 4 | te | 3 | va | 3 | te | 7 |
| Aquarius | fu | 4 | lu | 7 | te | 4 | lu | 8 | va | 4 | lu | 7 | | |
| Pisces | te | 6 | lu | 6 | te | 6 | lu | 4 | va | 3 | lu | 3 | te | 2 |

Et in signis quoque sunt gradus qui dicuntur putei, cum planeta fuerit in aliquo eorum dicitur esse in puteo ut sextus gradus arietis undecimus et decimus septimus vicesimus tertius vicesimus nonus. Tauri quintus duodecimus 18 24 27 29. Geminorum secundus 12 18 22 26 29 30 ut praesens tabula docet

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aries | 6 | 11 | 11 | 24 | 29 | |
| Taurus | 7 | 12 | 18 | 24 | 27 | |
| Geminorum | 2 | 12 | 18 | 22 | 26 | 30 |
| Cancer | 12 | 11 | 23 | 26 | 30 | |
| Leo | 6 | 13 | 17 | 22 | 23 | 29 |
| Virgo | 8 | 13 | 16 | 21 | 27 | |
| Libra | 1 | 1 | 20 | 23 | 24 | 21 |
| Scorpio | 9 | 10 | 22 | 23 | 21 | |
| Sagittarius | 6 | 12 | 24 | 21 | 30 | |
| Capricornus | 2/1 | 17 | 22 | 24 | 28 | |
| Aquarius | 1 | 12 | 11 | 22 | 24 | 29 |
| Pisces | 4 | 9 | 24 | 21 | 28 | |

Et in signis sunt gradus qui dicuntur gradus azemena .i. gradus debilitatis corporis Est enim azemena quedam debilitas corporis talis . ut est cecitas perditas amissio membrorum et huiusmodi cetera que quamdiu homo vixerit semper habebit secum Cum igitur fuerit luna sub hiis gradibus in nativitate alicuius pueri accidit ei predicta azemena secundum statum loci et aspectus seu loca planetarum / Extra quod azemena et astra duplis modis sunt in libris nativitatis invenies / gradus autem azemene hii sunt in thauro sextus gradus 1 8 9 atque 10 In Cancro a nono ad quindecimum In leone decimus nonus 21 et 28 In scorpione 19 29 In sagittario primus 1 18 19 In Capricorno 26 27 28 29 In aquario 19 18

In celo sunt quidam gradus qui dicuntur augmentates fortunam et sunt hii In ariete decimus nonus / In thauro
8 tercius 17 21 In Geminis undecimus / In Cancro primus secundus quartus 7 17 In leone quintus 1 7 19 In virgine tercius 13 et 20 In libra tercius 7 et 24 In Scorpione septimus 19 et 20 In sagittario tredecimus et 20 In Capricorno 12 13 / 14 In aquario septimus 16 17 et 20 In piscibus tredecimus et 20

Et duo gradus qui fuerint unius longitudinis a capite signorum mobilium dicuntur competentes .i. unius fortitudinis et consortes seu participes in virtute ut vicesimus gradus capricorni et Cancri / decimus gradus Sagittarii et Geminorum / et vicesimus gradus arietis et libre cum decimo piscium et virginis Sed quia ampliate dominia plenius est circuli signorum celle / nunc prosequamur et accidentale

Iam circulus figuratur omni hora tali figura . que dividitur in quatuor partes . quas dividit circulus . emisperii et circulus meridiei .i. circulus medii celi qui facit medium diem . et unaqueque pars istarum . dividitur in tres partes inequales secundum ascensiones signi ascendentis atque hoc modo dividitur celum in 12 partes . que nominantur domus . nominantur quoque et cuspides . cuiusmodi expositum est in azis . et in libro cursu [illegible] / principium ergo [illegible] domus est ascendens . cuius nunc [illegible]

est super circulum emisperii orientalis, deinde sequitur secunda domus et
tercia. ceterique domus usque ad duodecimam / quarta autem pars est que est ab
ascendente usque ad medium celi. que est domus duodecima undecima et decima
/ dicitur quarta pars orientalis masculina adveniens et est initium vite. et
vocatur puericia sanguinea vernalis. et alia pars que est a medio celi usque
ad gradum occidentalem signi .i. septimi. que est super circulum emisperii
occidentalis. que est domus nona. 8 et .7. et est mediana femi-
nina recedens. est media etate. et vocatur perfecta iuventus estivalis
colerica / tercia quarta pars. que est ab occidente usque ad gradum quarte domus
/ que est super circulum medii diei subterra. que est domus sexta .7.
et .5. est occidentalis masculina adveniens. est finis vite. et vocatur
autumpnalis melancolica. et est mediocris etatis / quarta pars
est que est a quarta ~~domus~~ domo usque ad ascendens que est domus
tercia et secunda atque ascendens. est septentrionalis feminina decedens
/ est quod accidit homini post mortem [illegible] mortem eius .i. ad quod debet ve-
nire opus eius vel corpus eius. vel eius dispositio. vel dimissa substantia
/ aut quid dicetur de eo post vitam ~~vituperetur~~ vituperetur vel
laudetur / et vocatur hec pars senilis. flegmatica defectiva et
hiemalis / Et ille due partes. que sunt a medio celi ante
ad ascendens et ab ascendente usque ad quartam domum. illa medietas
vocatur medietas ascendens / relique partes que sunt a quarta domo
usque ad septimam. et inde ad medium celi. vocatur medietas descendens
/ et quicumque sunt super terram ex parte illa. i. prima pars circuli superior dicitur
dextra. et que sub terra est dicitur sinistra et ascendens ac quarta
septima et decima dicuntur alamedi. quas nos angulos
vocamus. ut philosophi sonent / et secunda domus ac quinta 8 et 11
succedentes anguli vocantur / tercia autem et sexta 9 ac 12
cadentes ab angulis dicuntur, cum ergo planete in angulo
vel eius succedenti sunt dicuntur presentes, et si sunt in cadentibus
ab angulis dicuntur absentes. et magnam istarum domorum est
apud de esse hominis Nam prima domus cuius initium dicitur
prima domus in circulo emisperii orientalis vocatur althalec .i. ascendens
hec est corpus et vitam. et initia operum de interrogacionibus
et oracione et locucione et rumoribus. et quicumque cogitat

intergans in animo suo et sunt inicium vite / et dixit Alendesgor
de dominis triplicitatis domus secunde / de primo secundo et tercio. videlicet quia
eorum sit fortior / primus sunt vita. nam nati et interrogantis. et
eius delectaciones atque voluptates. quid diligat. et quod odio habeat
/ et quid boni seu mali ei eveniet in inicio vite eius / et duo
triplicitatis secundus sunt vita et corpus et virtute seu fortune et me-
diatate vite / et dux triplicitatis tercius sunt illud quod socius eius constituit
et sunt fine vite Secunda domus est domus secunde ac victus et institorum
et sunt fine amore vite .i. fine iuventutis et dixit Alendesgor Secunda domus
de dominis triplicitatis domus secunde. de primo secundo et tercio. videlicet quod
eorum sit fortior esse et loco. hunc facies initio auctorem secunde / et
sentens hec est fortitudo acquisitus eius / que sunt fuit in medio celi. in-
veniet hanc a rege. et si fuit in domino fidei erit melius. sunt
domus triplicitatis / primus dat sunt in inicio. et secundus in medio. et tercius
in fine eius Tercia domus fratrum et sororum. propinquorum quorum ac di-
lectorum fidei. et religionis mandatorum / ac legatorum. mutacionum Tercia domus
ac ite itinerum morum / et sunt esse vite ante mortem / dixit
Alendesgor / dominus triplicitatis domus fratrum. primus sunt fratres maiores
secundus medios. tercius minores / et erit eorum dignitas. et eorum esse
secundum loca eorum Quarta domus patrum ac hereditatum / et thezau- Quarta domus
rorum. et omnium absconditorum. et occultorum / et sunt de esse vite
fine hominis / et dixit Alendesgor / que duo triplicitatis domus
patrum / primus sunt parentes / secundus civitates et terras / tercius fines rerum
et carceres Quinta domus filiorum et dilatorum / et sunt quid
futurum sit post mortem / secundum quod laude vel vituperacione. dixit Alen- Quinta domus
desgor / que duo triplicitatis domus filiorum. primus sunt filios et
vitam / secundus delectacionem et vestimenta. tercius sunt legatos Sexta
domus infirmitatum et furorum. sunt fine vite. et quicquid futurum sit Sexta domus
ante senectutem. dixit Alendesgor / dominus triplicitatis domus
infirmitatum. primus sunt infirmitates et valitudines. et de tercio
ab infirmitatibus et a malis. secundus sunt vernaculos et
furos / tercius sunt quod eveniet ei ex eis. et eorum utilitatem atque opera et
de fortior bestiarum et pecorum. et omnium quadrupedum et fortitudo
eorum. multitudo quod eorum ac paucitas. mors eorum in manibus eius vel
egressione ab ea / carcere quod ac retentos Septima domus mulierum Septima domus
et nupciarum et contencionum quod et participacionum et oppositorum. et

Significat medietatem finis vite erga senectutem / dixit ale-
xander / quia dux triplicitatis domus sponsi / primus significat
Octava domus — mulieres secundus contentiones et participatores. Octava domus
mortis. scilicet timore ac mortem atque almaverich et prebas de
hereditates mortuorum quos dixerunt heredes post mortem eorum
possidere / et significat finem annorum vite post senectutem / dixit
alexander / dux triplicitatis domus mortis / primus significat mortem
secundus precepta seu res antiquas / Tertius almaverich et
que hereditaria sunt a mortuis ut supra diximus
Nona domus — Nona domus peregrinationum atque itineris fidei ac religionis sapientie
philosophie et librorum. explanationis sompniorum et legationum. narrationum sen-
iorum atque sompniorum / et significat dimidium vite / dixit alexander
dux triplicitatis domus peregrinationum / primus significat peregrinationem
et omne quod accidit ei / Secundus significat religionem / et
valitudinem earum atque modum earum / et tertius est sapientie
et sompniorum et veritatis eorum opposite in eis atque mendacium
Decima domus — Decima domus regni et operum et sublimationis et exaltationis
regni quoque et memorie. et vocis imperii et magisteriorum
atque matrum. et significat dimidium annorum vite / dixit alexander
dux triplicitatis domus regie / primus significat opus et exaltationem
et sedis exaltationis / et mansionem altissimam / secundus significat
vocem stabilitate atque durabilitatem / Tertius imperium et
Undecima domus — audaciam / Undecima domus fiducie et fortune atque lau-
dis amicorum ministeriorum et ampliatorum / et significat finem annorum
medietatis vite et post medietatem vite / dixit alexander
/ quia domus triplicitatis domus fiducie / primus fiduciam
Duodecima domus — significat / secundus amicos Tertius utilitatem seu profectum eorum / Duo-
decima est domus inimicorum et laboris invidie et tristicie
et pigritie et calliditatis atque bestiarum / et significat finem vite /
et quicquid contingit malis in corpore sua ex bono vel malo /
dixit alexander domus inimicorum / primus significat inimicos / secundus
labores / tertius bestias ac pecora / et hec sunt que significant
domus duodecim
Significant et duodecim domus colores / prima domus ascen-
8 dens et septima sunt albe / secunda et duodecima vi-
rides / tertia et undecima sunt crocee / quarta et decima
rubee / quinta et nona mellite / sexta et octava nigrum colorem /

sexta et octava sunt nigre. Et unusquisque ex planetis
habet in unaquaque harum domorum unam proprietatem ex
proprietatibus accidentibus que dicimus gaudium, quia mercurius
gaudet in ascendente, et luna in tercia, venus in quinta
mars in sexta, sol in nona, Jupiter in undecima, Sa-
turnus vero in duodecima

Et dicitur in sectione domorum quia anguli sunt
fortitudine. et succedentes cadentes ab angulis de-
bilitatem et diminutionem, nisi quod nona et tercia sunt voluptate
duodecima et sexta occultacionum et tristicionum et vilitate rerum
anguli autem et domus angulorum sunt magnitudine honoris
atque fortitudine et exaltacionis et elongacionis a casu, et proinde
planetarum, in cadentibus ab angulis est ... fortune,
De succedentibus autem angulorum que succedit decime et un-
decima, significat fortitudinem et fortunam mediam, ex
ea parte in qua erat fiducia, et illa que sequitur quarta et
quinta. sit fortuna media ex donacionibus et venacionibus
et cura filiorum, ad leticiam et gaudium, que autem succedit
ascendenti que est secunda, sibi sit fortuna media. ex ea
substancie ministrorum, que vero succedit septime et octava
sit fortuna media ex aliena vertice et ex substancia que he-
reditatur a mortuis et a rebus occultis

Hec sunt que sectiones duorum angulorum dum fuerint
in angulis pones, proinde autem domus ascendentis
in ascendente significat fortunam eius per se inceptionum et per
eius acquisicionem, et proinde domus decime in decima vero
et magisteria altiora, et cum fuerint in septima per
convenciones medii atque uxores, et sit proinde in quarta
fortuna per hereditates et causas patrum, et per ponciones
aquarum, et per populaciones et edificaciones, et ex rebus
antiquis et radicalibus. Significat quoque domus decime per
proinde suam in eadem decima fortunam per regnum magnum
vel regem et magisteria altiora, et sit per proinde suam
in septima fortuna per regnum, et victoriam contencionum
et ex causis sponsarum, et per proinde eius in quarta per re-
gnum et causas tributorum ... et edificaciones ci-
vitatum per impositiones ... et custodias civitatum et ex
rebus antiquis, et proinde sua in ascendente per regnum

et ingenia · et per propinquitatem regni / particula autem domini
septime in septima significat fortunam per negociaciones et
communiones · per nutriciones quoque ac mulieres et per sorores ·
et particula sua in quarta · per communiones mulierum et ne
gociaciones per causas priorum et cultus terre · et particula sua in
ascendente per causas medicine atque astronomie · et per opera specu
labilia atque ingenia et cetera similia / et sit per particulam suam
in decima · fortuna per communiones · et per uxores et causas
regis / particula vero domini quarti in quarta sit fortuna
ex cultu terre · et per causas priorum atque res antiquas · et per
particulam eius in ascendente · ex cultu terre et fructu per inge
nium et consilium prosperitatem · et per particulam in decima perfectio
ex cultu terre et fructu · per causas regis ac magisterium ·
et particula sua in septima sit fortuna ex cultu terre et fruc
tu et per causas uxorum et sororum · Hec sunt domini angu
lorum per particulam suam in angulis / similiter facies de par
ticula dominorum ceterarum domorum / sed ideo introduxi
tibi duos angulorum · ut essent exemplar in ceteris ¶ Et cum
volueris scire planetam dominatorem rei aspicies quis pla
netarum sit maioris auctoritatis in domo rei et planetam
qui significat naturam rei illius sicut diximus in naturis
planetarum / videlicet ergo quis planeta sit fortior in domo
rei · et in parte eius ex fortitudinibus minorum quos pre
diximus · ex illo quem perdiximus dum de fortitudine
predictarum planetarum tractavimus · et qui fortior omnibus fuerit
in loco rei · ipse erit dominator eius / verbi gratia interrogacio si fuit
de pecunia et volueris scire · quis sit dominator eius · et si fuerit
secunda domus que significat pecuniam · quintus gradus signi
arietis · quia domus est martis · habet hoc modo mars quinque
fortitudines / exaltacio quoque est solis / et habent in ea qua
tuor fortitudines / et eciam est ipsius solis triplicitas / et habet
in ea tres fortitudines / habet ergo ibi sol septem fortitu
dines / et est terminus iovis / habet ibi duas fortitudines / ¶ Est
etiam facies martis / et habent ibi unam fortitudinem ·
ergo mars ibi habet sex fortitudines · quinque ex domo et
unam ex facie / et sol septem / et planeta hic vocatur

alnutas · sol ergo principatum accipit ibi · quia habet septe
fortitudines · et ipse diatur in domo sue · ipsi aspicies in
loco partis sue · et partis fortune · et participem istorum facies
ione · qui est fator sue natiis · et inuenies fationes planetarum
testimonia · et facies · hoc de omnibus domibus · et stabis
dnatorem earum · ex partibus esse planetarum accidentalibus
est alhais · hoc est cum fuerit planeta diurnus in die super
terram · et in nocte sub terra et planeta nocturnus in nocte
est super terram · et in die sub terra · et si cum hoc plata fuit ma-
sculinus in signo masculino · et planeta femininus in feminino dicitur
esse in suo haiz · et erit fortitudo eius ut fortitudo viri
in loco eius perfecta acquisitor atque fortune · et quia auxili-
ante deo iam peregimus quod proposuimus tractare de titulo eius
et eius accidentibus postquam narratione septem planetarum · et
naturas corporis · esse et eorum et quid significent

Saturnus est masculinus · malus diurnus · et est fator
primus si fuit natiuitas in nocte · et sit senectutem
primam si fuerit occidentalis · et mediam senectutis si fuit
orientalis et sit grauitate frigoris et siccitatis · et ex com-
plexione corporum melancoliam et augmentationem eius atque di-
stillationem · et fortassis erit frigida ponderosa fetidi odoris
et est multe cumptionis · et vere dilectionis et sit profun-
ditatem consilii et multitudinem plenum · ex magisteriis
res antiquas preciosas et cultus agrorum populacionis terrarum
et fluminum · et hoc si fuerit fortunatus · et res viles si fuit
malus · ut confricationes in balneis et fullones et nautas
· et si fuit fortunatus erit vere dilectionis preciosus et patiens
· et si fuit malus indiscretus instabilis tristis male suspi-
tionis nullum suspitans commouens homines ad murmurationes
et si fuit infortunatus sit de sibi res antiquas et dnalba he-
reditates et bene cultus · et si fuerit malus sit sordidas aquas
· et mali saporis · et sit ex infirmitatibus flegmaticos mor-
bos et melancolicos acutos · ut lepram cancros et huius
· et sit peregrinatos longinquas labore et tarditate
et almanericis · et substancias mortuorum · patres oppositum
et auos et fratres maiores eunuchos senes et viles.

hominum . et significat de operibus opera coriorum . si solus fuerit significator
absque complexione alicuius planetarum . Si complectitur sibi Iu-
piter significat opus pergamenum in quo scribuntur divini libri . et
si complectitur sibi Mars significat sotulares sotularum et preparatores
earum . et si complectitur ei Sol significat opus consutores coriorum
. Si complectitur ei Venus significat opus coriorum ex quibus fiunt
timpana et alia instrumenta quibus utuntur in ludis . et
si complectitur ei Mercurius significat opus coriorum in quibus
scribuntur testamenta . et nomina stipendiorum . et si com-
plectitur ei Luna significat preparatorem coriorum ferarum et mor-
tuorum alium . et significat de sectis eam que imitatur veritate
confitetur si fuerit fortunatus . et si fuerit malus significat credenciam
pluralitatis . et cum multa heptacony . et dixit Messahalach
. quem deus velit qui fuit verus astrologus in sua professi-
one medus qui sic dictus est quod Saturnus significat fidem iudaicam et
de antiquioribus et omnes confitentur et ipsa nulla autem
. sicut Saturnus non ob ingeniatur . et ipse nulli . et indumen-
ta nigra . et dixerunt quidam alii quod significat interiora auris
et splen et stomachum et significat de coloribus nigredinem
et ex diebus sabbatum . et de noctibus eam que precedit quartam
feriam . et quantitas orbis eius est 3 gradus et an-
ni fridarie eius sunt 11 maximi vero X 6 7 . et anni
71 . et medii 43 et dimidium . et minores 30 . Fortitudo
eius in plagis celi . in dextera septentrionis . et dixit
Messahala . quod significat de figuris hominum hominem ni-
grum et croceum . qui mergit oculos suos in terra pon-
derosum in incessu . adiungit pedes . et qui fuerit macer
vertuninus . habentem parvos oculos . rarum barbam et
siccam cutem labia spissa . callidum . ingeniosum seductorem
. et dixit Dorothius quod significat hominem corpore valde pilosum
mentis pupillis et de partibus habentem partem fortitu-
dinis et stabilitatis . et significat causas terrarum
et hereditatum . et eos qui preparant operibus . audaciam
et laborem

Jupiter fortuna masculus diurnus / et est significator substantie
et operator calorem et humiditatem temperatam et aeream
sanguineam / et de etate significat iuventutem usque ad perfectionem
etatis . et de magisteriis que pertinent ut iusta iudicia iudi-
care et pacem inter omnes homines mittere et in bonis stu-
dere . et significat abundantiam substantie . et de negotiis ea que
sunt absque seductione . et significat animam vitam et leti-
tiam . veritatem religionem et patientiam . et omne prep-
tum pulcram et prosperum . et abundantiam veneris / et de in-
firmitatibus / que fiunt ex sanguine per augmentum quantitatis
et non superfluo . ex ventis . et est planeta sapientie et intellecti-
um si complectitur Saturnum . significat nigromanciam incantationes
et exorcismos / et si ei complectitur et Mars significat studium me-
dicine / Si Sol significat sectas in contentionibus et disputationibus / Si
complectitur ei Venus . significat compositionem amoris . et aliarum scien-
tiarum delectabilium / et si Mercurius significat studium arismetrice
scribende astronomiam physicam atque geometriam / et si com-
plectitur ei Luna significat scientiam dispositionis aquarum et
mensure earum . aeris et terrarum . et de qualitate animi
significat largitatem et verecundiam atque misericordiam / et de sectis
pluralitatem et simulacrum / quidam autem dixerunt / de
significat epar et aurem sinistram . brachia et ventrem
inferiorem quam pectus et intestinorum / et de coloribus colo-
rem viridem et cineream . et horam plenam / et quantitas
eius orbis est 9 graduum . et de diebus habet iovis diem
/ et de noctibus noctem diei lune / et anni firdarie
eius sunt duodecim . et anni eius maximi sunt 428
/ et maiores 79 / et medii 45 et dimidium . minores
vero duodecim / et fortitudo eius ex plagis [illegible] in occi-
dente et dixit Messalla . quod significat de figuris hominis colorem
album habentem ruborem in facie . oculos non prorsus
nigros . nares non equales et breves calvum in aliquo
dentium habentem ingredientem pulcre stature boni ani-
mi . moribus bonis . pulcri corporis . et dixit doro-
theus . quod significat magnos habentem oculos et pupillam magnam
. latam frontem crispum / et de partibus habens
partem perfectus et beatitudinis / et significat fidem et appeti-
tum in bonis et de operibus salubritatem et securi-
tatem et participationem etc.

Mars masculus nocturnus malus operatur calorem et siccitatem
/ et est significator fratrum et peregrinationum. et habet de
etatibus iuventutem usque in finem iuventutis / et natura eius
colerica amari saporis. et de magisteriis omne magisterium
igneum / et quod fit per ferrum et ignem. sicut est percussio gla-
diorum cum malleis. cum se complectitur Saturnus significat per-
cussionem ferri. et si Jupiter fit percussionem auri. et si com-
plectitur ei Sol fit percussionem nummorum. et si complectitur
ei Venus fit magisterium ornamentorum. et si Mercurius percussionem
[illegible] / et si complectitur ei Luna percussionem librarum / et fit ex eo
tum plus supplicat scientiam operum medicine / quia si nulla plane-
ta ei complectitur fit minucionem et vulnerum apertionem. et
plagas / et si complectitur Saturnus opus medicine et mu-
lierum / et si complectitur Sol fit curam oculorum / quia si comple-
ctitur ei Venus fit opus ornamenti. ut tonsuram crinium et bar-
barum / et si complectitur ei Mercurius abscisionem verrucarum / Si
Luna eradicationem dentium et purgationem aurium / fit ex eo in
naturis [illegible] initias effusionis sanguinis. et oppressiones
per viam obsessionis viarum et iracundiam. et ducatum ex-
ercituum festinationem in verecundiam et peregrinationem extra pa-
triam / et casus abortivorum. et fratres medios atque sorores
/ et sciam atque discretionem cure bestiarum / et de infirmita-
tibus febres calidas et sanguineas. et pustulas sangui-
neas. et alabira. que est rubedo corporis cum asperitate
et feditate / et corruptiones carnium cum putredine. et
dimidium capitis dolorem / et ignem sacrum et pavorem
/ et cogitationes horribiles que inquietant hominem. quo-
niam veniunt et impediunt atque vane recedunt et quecumque sunt ad infla-
mationem caloris de commotione animi et conturbationem. Si appli-
cuerit cum Saturno fit odium et maxima invidia / et ex a-
spectibus eius quecumque sunt bellorum. et vanitate et celeritate mutabilis
a fide. et multitudine hesitationis / et mutationem de testamento
in testatum / erunt hi qui orientur sub ipso / et dixerunt quidam
quod habet de membris fel renes et venas et dorsum. et habet
de coloribus rubedinem / et quantitas orbis eius 8 gradus
/ et de diebus habet diem Martis. de noctibus noctem sab-
bati / et anni firdarie eius sunt 7 et anni eius maxi-
mi 264 et maiores 66. medii autem 40 et dimidius

et minores // et fortitudo eius in plagis circuli in me-
ridie / et dixit Mesalla quod significat de ymaginibus hominum ha-
bentium rubeam faciem · habentem capillos ~~rubeos~~ russos
et faciem rotundam · leviter habens et honestatem habentem
oculos grossos horribilem aspectum · habentem in pede ma-
culam vel signum / et dorotheus dixit acutum aspectum habentem
ex partibus partem audacie / et significat presenciam superbiam
levitatem · nobilitatem audaciam vanitatem et festinacionem
in omnibus rebus / et habet ex partibus mediam terras romanorum usque
ad occidentem et terras francorum

Sol per aspectum fortunatus et malus per coniunctionem in uno signo
et est masculinus diurnus operatur calorem et siccitatem / et
est fortior prius prius si fuerit nativitas in die · significat regnum
maximum · et animam vitalem · lumen et splendorem ·
intellectum medianum · et pulchritudinem atque fidem / et ex etate
finem iuventutis · et participationem omnibus planetis in dispositione
annorum / et ex magisteriis regnum principatum venatorem
oculatorem et purgatorem tam omnium specierum purgandi · cum opi-
nionibus et aliis purgationibus / et ex infirmitatibus infirmi-
tates calidas · siccas in corporibus apparentes / et ex subst-
ancia plurimum et omnes species suas / et ex qualitatibus
animi sublimitatem et prudenciam · et que sequitur ho-
norem et largitatem et gloriam / et pluralitate meritis
/ et ex sectis culturam bonam et plenam / et significat imperium vocis
et fortitudine celeritatis Cum si complectitur Saturnus
significat villicatorem et huiusmodi principatum / et si Iupiter significat prin-
cipatum in fide et religione · et esse iudicem inter homines de
operibus oppressorum / et si complectitur ei Mars significat ducatum
exercitus · et investigationem bellorum / et si complectitur eius Ve-
nus significat regnum per mulieres · et obsequium potenciam · et si
complectitur ei Mercurius significat consultores regum · et opus librorum
et hereditatem et maiorum opum · et si Luna · opus legatorum
et ductorem exercitum et similia / Et dixerunt quidam
quod sol significat ymaginem velut hominis et speciem ex viris velut
dextram · et ex mulieribus sinistram / et dixerunt quidam
quod habet cor medullam et femora / et ex infirmitatibus
corruptionem carnium in ore / et dextrum oris · et destructionem
aque in oculis · pluralitas eius in capite / et dixerunt quidam
quod cum fuerit in ascendente erit coniunctus et habebit signum

in facie / et habebit ex coloribus quod videtur nigro colore /
Quantitas orbis eius est 11 gradum anni firdarii eius sunt 10 / et anni maximi sunt 1200 / et maiores 120 / medii autem 66 et dimidium / vel sunt quosdam 39 et dimidium / minores 19 / fortitudo eius ex plaga celi in oriente Et dixit Mesalla quod fit homo eius qui habuit colorem inter croceum et nigrum tectum ad ruborem brevis stature crispum pulcri corporis / et dixit dorotheus signum solis et lune est figura planetarum qui fuerint cum eis . et quod dignior fuerit loco eorum .. vel volunt signum solis . scito quod est crocea . huius partem ruboris omni eius aequalitatem crocei / et ex partibus partem huius futurorum dimatos et est scitor nature et sensus et electos ex certos fidei sperantium et laudum . et ex partibus hec terras romanorum

Venus fortuna feminam nocturna . et est frigida mulierum et uxorum et iuvenum / si fuerit nativitas diurna . et operatur frigus et humiditatem temperatum / et ex etate habet iuventutem . ex ministeriis instrumenta ludorum ornamenta quoque et figuras pulcras / et ludos aleatum et scacorum . saltaciones et ora . et omnia genera luxurie / et compositiones coronarum et usus earum . pulcritudinem ac munditiam . aurum et argentum dilectionem ludi risus et gaudium . dulces ex speciebus et potatores inebriantes . et quod credit omnibus . stat ex largitatem diligentiam . amorem iustitiam et domum orationis . retinet quod fidem . et est magistra omnium sonorum musicorum / et si complectitur ei saturnus est sonus cantacionum . quibus deflentur mortui vel quas cantant edificatores . qui edificant . et si complectitur ei Jupiter est sonus cantacionum et lectionum . quibus utuntur domum sectarum in altaribus et in locis orationis eorum . et si complectitur ei Mars est sonos quibus utuntur seculares et cantus vulgi . in quo est mentio preliorum vel largitatis vel ligationis et laboris / et cantus in quo est mentio captivorum . et alligationis et percussionis flagellorum / et si sol est sonus legum . quo canitur coram regibus et nobilibus / et si complectitur ei Mercurius est sonus qui operatur in compositionem sonum / et si luna est cantus nautarum in navibus / et ex infirmitatibus morbos frigidos et humidos / et maxime

qui accidit in membris genitalibus / et de scientia que q-
ritur propter pulcritudinem ut sunt ornamenta mulierum et vesta-
rum margaritas atque picturas / et de qualitate sani-
tatis et amicicie et corruptione et hiis similia. et cu-
piditates comestionis atque potacionis / et de sectis cultuum
nati per hylech et alcocoden, et ipse plus est

autoritate omnibus planetis in ascendente . et in loco lu-
minarium . atque in locis partis fortune . et in loco eius
partis coniunctionis vel preventionis . que fit ante na-
tivitatem / quod si prefuerit ab planeta duobus locis aut
tribus aut quatuor per multitudinem partium . in eis erit
alminites i. auctor et dator vite . per hilech et alcocode
/ et per eum datur esse nati . et quidam dicunt eum per alco-
coden ad dandum vitam

Et ex hoc signum profectionis in annis nativitatum
atque mundi / et in annis nativitatum scientia est ut
aspicias quot transierunt anni nato . ex annis sola-
ribus perfectis . dabis quoque omni anno signum unum et in-
cipies ab ascendente nati per successionem signorum / et quod
finitum fuerit numerus signorum signum quod succedit ei est si-
gnum profectionis ab ascendente i. signum sub quo anni intrantis
. que non incepit in numero . et hoc est intelligendum de gradu
sicut sunt in ascendente nativitatis et dominus signi eius
dicitur alcocoden . cuius inceptio est dominus anni / similiter in malis
accidit per hoc signum profectionis a sole / similiter a signo lune
et a medio celi . et a parte fortune in similitudine
gradus radicis . cuius rei exemplum est . quod natus est ab ori-
ente capricorno . sub 11 gradu . et sol est sub pisce
17 gradu / et luna in libra sub 17 gradu et me-
dium celi octavus gradus scorpionis . et pars fortu-
ne in leone in 11 gradu et iam transierunt na-
to tres anni perfecti / pervenit eius quartus annus ab
ascendente in arietem qui est quartus a capricorno
ad 11 gradum eiusdem arietis . et erit mars alco-
coden / et perveniet locus solis ad geminos ad 17
eiusdem signi / et perveniet luna ad capricornum
ad 17 gradum eiusdem / et profectus a medio celi ad
octavum gradum signi aquarii / et profectus a parte
fortune pervenit ad 11 gradum scorpionis / cumque
pervenerit annus ad gradum profectionis . et fuerit pars
ipsius gradus in eodem loco et domo planeta et radix
eius / et voluerit scire quando perveniet profectio eius ad
ipsum planetam vel ad radices eius / aspicias quantum
sit inter gradum ad quem pervenit annus . et planeta et ra-
dices eius . ex gradibus et minutis et multiplicabis
gradus inter medios per 12 et spatium unius . et quod fue-
rit . erunt dies ex illo anno in quo fuerit / per quos

fiat profectio illius planete. Profectio autem ex annis coniunctionis medie
Dixit Alkindus quod fuerunt inter annum coniunctionis qui significavit sectam
sarracenorum. et inter annum Allegorath i. sedicionem Machome-
ti et qui fuit primus annus annorum Arabum 72 anni solares et
71 dies. et fuit ascendens anni coniunctionis predicte secte signum
geminorum. et pervenit profectio eius ad virginem. et inter primum annorum
Arabum. et primum annorum Iasdagird regis Persarum 3624
dies. Cum igitur volueris noticiam huius rei i. profectionis hec accipe
annos Iasdagird et verte eos in dies. sicut expositum est in libro
cursus planetarum. et adde eos super dies qui sunt inter primum annorum
Arabum et Iasdagird. et divide hoc per 365 dies et quartam unius
diei. et quod ex divisione provenit. tot anni erunt solares. et quod re-
manserit ex mensibus et diebus ex anno imperfecto. et quotienscumque completi
fuerint ex annis. ipsi sunt anni solares. ab initio annorum Arabum, proiice
pro quolibet anno signum unum. et incipe a virgine. et ad quodcumque signum
perduxerit te numerus ipsum erit signum ad quod pervenit annus mundi ab ascendente
coniunctionis predicte secte. Alius autem ex Alkindi verbo est ut addatur
super annos Iasdagird perfectos 80 annos. et duos menses et
12 dies. et 18 horas. ex annis Persarum. qui sunt sine fractione
i. sine quarta diei. et extendantur hos annos in dies. ac vertuntur dies
in annos solares sicut predixi. et incipient proiectionem a principio libre
Cum si volueris scire profectionem a signo coniunctionis secte que fuit Sarrace-
norum sit principium a scorpio. Si scire volueris profectionem ab ascendente
regni minue ex annis Iasdagird illos 211 annos perfectos
et verte eos in annos solares sicut diximus. et incipe proiectionem a
virgine. Rursus si volueris profectionem ab ascendente profectionis et mutationis
coniunctionis Saturni et Iovis a triplicitate aquatica ad triplicitatem igneam
minue ex annis Iasdagird perfectis 118 annos perfectos et verte
eos qui remanent in annos solares. et incipe proiectionem a leone. quia leo
fuit ascendens in coniunctione illa. et quo provenit numerus in eo signo est
profectio uniuscuiusque initii eorumque [illegible]
Et ex hoc dicto ut dirigas significatorem aliquem ad aliquem locum signorum
et scias quid sit inter eos ex gradibus directionis. accipias ex
unoquoque gradu unum annum. Cum ergo volueris scire hoc et fuerit
significator ille in ascendente. quem volueris dirigere ad aliquam partem circuli
minue ascensiones illius gradus in quo fuerit significator quem vis dirigere
ex ascensionibus regionis ex ascensionibus gradus illius ad quem volueris
eum dirigere. et quod remanserit erit gradus directionis. quod si fuerit significator

ille que volueris dirigere in alio loco a centro anguli ascendentis accipe
longitudinem eius ab aliquo angulorum horum qui sunt angulus medii
celi aut angulus terre hoc est ut accipias stelle. quod si fuerit inter ascen-
siones et medium celi minues ascensiones graduum medii celi per
circulum directum ascensionibus graduum stelle. et si fuerit inter
et medium celi minues ascensiones graduum stelle ab ascensionibus
medii celi per circulum directum

et quod remanserit extrahe quotlibet illorum temporum illud dividens per partes
horarie diei illius gradus in quo fuerit stella. et quot exierint
tot erunt hore longitudinis ab angulo medii celi. et si fuerit inter
ascendens et angulum terre. minues ascensiones graduum stelle per circulum
directum ab ascensionibus graduum anguli terre. Similiter si fuerit stella inter
angulum terre et septimam minues ascensiones graduum anguli terre per
circulum terre ab ascensionibus graduum stelle. et quod remanserit extrahe quotlibet
horum locorum. dividens id per partes horarie diei nadir graduum stelle
et quod exierit ipse erit erunt hore longitudinis ab angulo terre.
Cum itaque sciveris horas longitudinis ab angulo terre. et volueris
dirigere stellam ad aliquem locum per gradus circuli. et fuerit stella in medio
celi orientalis quod est a medio celi usque ad angulum terre. et
eius que succedunt ascendens. et excepto ascendente minues ascensiones
graduum illius in quo fuerit stella ab ascensionibus graduum illius ad quem
volueris dirigere stellam per circulum rectum. et quod remanserit erit stella circuli
directi. Similiter eundem. postea minues ascensiones illius gradus in quo
fuerit stella per ascensiones regionis ab ascensionibus graduum illius ad quem
volueris eum dirigere per ascensiones regionis. et quod superfuerit erit stella
illius regionis. postea accipias residuum quod fuerit inter stellam circuli
recti. et stellam regionis accipias quam sextam illius. et multiplicabis
per horas longitudinis ab angulo. et quod fuerit erit equatio eius. et si fuerit
stella circuli directi maior stella circuli regionis adde equationem super
stellam directi circuli. et si fuerit stella directi circuli plus minues
equationem ex eo. et quod remanserit erit gradus directionis. Item si fuerit stella
quem volueris dirigere in medietate circuli. que est in medietate occidentali
quod est ab angulo terre usque ad medium celi. et eo quod succedit
septimam minues ascensiones graduum stelle quem volueris dirigere ab
ascensionibus graduum illius ad quem vis eum dirigere per circulum directum
et quod remanserit. erit stella circuli directi. Similiter eundem. postea minues
ascensiones nadir graduum stelle vel per ascensiones regionis ab ascen-
sionibus illius graduum ad quem volueris eum dirigere. et quod remanserit

cit stor regionis / deinde accipe residuum qd fuit int' store
circuli recti. et store regionis. accipias qz pcētū pte illius et multi:
plicabis in hore longinis ab angulo. et qd fuit est cētio. pg hec appi:
cias store circuli recti. et si fuit stor circuli plus store regionis minues
cētiōi de store circuli recti. et quod de eo remanserit erit grad directionis
qz si stor fuit in aqua cōpta. et locū ad quē dirigis eum in alia
gto. dirigas store ad angulum. q ei succedit. pg hec dirigas ab an:
gulo. ad locum ad quē volueris quemadmodum ostendi tibi directionem ab
angulo. et iungas vtrasqz directiones. qz si scire store et volueris
scire quo peruenit de circulo signorum in aqua amore. fuit qz stor
in ascen. addes min amore sup ascensiones grad ascen. et
eum acciū in ascen. regionis. et qui recicit arcus de circulo signorum
peruenit directio in eodem anno / si vero fuit stor in prima addes min
amore sup ascensiones nadir grad store. et arcuabis eum in ascen:
dentibus regionis. et qd recicit est arcus de circulo signorum. et ad eius na:
dir peruenit directio in eodem anno / qd si fuit stor in decima vel in quarta
addes sup ascensiones grad store in decima directio min amore. et ar:
cuabis eum in ascensionibus circuli directi. et qd recicit de circulo
signorum ibi peruenit directio in eodem anno / si autem stor fuit extra
loca que sunt angulis. scias horas longinis ab angulis sicut
ostendi tibi / qz si fuit stor in medietate orientali. addes sup
ascensiones grad store p circulum rectum min amore quos volueris
et arcuabis hec in ascensionibus circuli directi. et qd recicit est stor
recti directi. scilicet eum. pg hec addes min amore sup ascensiones grad
store in regione. et arcuabis hec in ascensionibus regionis. et qd
fuit est stor regionis. pg hec accipias certam pte residui inter
store circuli directi. et store regionis. et multiplicabis corp
horas longinis ab angulis. et qd fuit est cētio. qz si fuit stor
circuli magis store regionis addes cētiōi sup store circuli recti. et si
fuit plus minues eam de eo. et qd remanserit ibi peruenit directio
de circulo signorum in eodem anno. qz si fuit stor in medietate occidentali fa:
cias eum nadir grad store. sicut fecisti eum gradibus store in opere qd
est ante istud et qd peruenit vbi est directio de circulo signorum de
eodem anno et loco ad quem peruenit directio. et locum directionis. et dominus
finium illius loci est divisor. et si fuit in grad divisoris pla:
neta aut radius eius. aut ante locum ante eum est hic planeta
et dominus radiorum particeps divisoris in divisione. stationes vero
qui digniores sunt quinque loca grad ascen. et grad solis. et grad lune
grad partis fortune. et grad medii celi. grad coniunctionis vel preventionis
dicitur grad ascen. est ad accidentia requirenda. que accidunt in corpore
et sol ad causas dignitatis et exaltationis honoris qz ac regni
et luna per esse anime et corporis atqz coniugii et pars fortune
per acquisitiones et perfectionem dignitatis qz et largitionis et medium

celi per magisterium. et recedas dispositiones particulares et ex conditi-
onem fuerit ascendens revolutionis alicuius anni mundi vel nativitatis dirigentur
fortiores eius secundum hanc directionem unicuique gradui per diem unum. et a quibus videtur
ut dirigantur fortiores anni hic modo. quibus per 79 minuta et 8 secunda die unum
Nam directio regni et principium fit dirigitur eius a gradu medii celi per
ascensiones circuli directi quibus per 79 minuta et 8 secunda diem unum donec
perveniat ad bonos vel malos planetas. et dirigetur ex regum in incolumitate
aut infirmitate ex gradu ascendentis ad bonos vel malos planetas quibus 79
minuta et 8 secunda die unum per ascensiones regionis. et directio in revolutione
mundi ad prognosticandum esse vel rusticorum a gradu ascendentis. similiter ad prono-
sticandum esse a gradu medii celi. et in revolutione anni nativitatis
ad prognosticandum esse nati a gradu ascendentis revolutionis quibus 79 minuta
et 8 secunda diem unum

Et ex hoc algeburtar in nativitatibus et est directio
graduum ascendentis. hoc est ut accipias gradum ascendentis in termino cuius planeta
fit. et minuas ascensiones ascendentis de ascensionibus que sunt in directo
finis termini planete. et ex eo quod remanserit accipias unicuique gradui
graduum unum annum. et quibus 7 minuta mensem et omni minuto dies 5 et
erit dominus termini dispositor annorum. qui dicitur divisor. et dispositor illorum
annorum. similiter initialis tu omni termino procedendo usque in fine vite
et si fuerit in termino alicuius planete. planeta aut radii eius erit parti-
ceps eius in divisione. et hec divisio dicitur algeburtar. Et ex hoc
duodenaria planetarum et dominorum. hoc est ut accipias quantum ambulavit
planeta in suo signo aut gradus domini que volueris ex gradibus et minutis
multiplicabis hec in 12. et quod collectum fuerit ex eo proiice id ab initio
eiusdem signi dans unicuique signo 30 gradus

Et ex hoc Armadarach quod sunt nonenarie. cuius summa est
ut accipias quantum ambulavit planeta in suo signo ex gradibus
aut minutis cuius volueris scire nonenarium. propter hoc dividis signum in 9
divisiones. et magnitudo divisionis fit ex 3 gradibus et 30 minutis
propter hoc accipias in quo nonenario ceciderit gradus planete. aut gradus
domini. propter hoc dabis primum nonenarium ex signis domino signi mobilis
eiusdem triplicitatis et secundum nonenarium domino signi. cuius est ipsum signum
quod succedit donec venias ad ultimum nonenarium ex quo est gradus. et
est planeta dominus illius nonenarii. verbi gratia signum ex quo fuit
gradus ille est ex triplicitate arietis. erit ergo primus nonenarius eius
domini signi mobilis triplicitatis arietis. et secundus nonenarius veneris
domine thauri. et tertius nonenarius mercurii domini geminorum. similiter
usque ad nonenarium nonum. et si fuerit signum ex triplicitate cancri
erit nonenarius eius primus lune domine cancri. et secundus nonenarius
solis. domini Janis. et tertius Mercurii. domini sagittarii. domini vir-
ginis. et si fuerit signum ex triplicitate libre erit primus nonenarius eius
veneris. domine libre. secundus mercurii domini scorpionis. et tertius Jovis

decime sagittarii. similiter in triplicitate capricorni primum nonenarium eius saturni
decime capricorni et secundum saturni. decime aquarii. et tertium Iouis. decime
piscis. decime que sequuntur secundum ordinem successionis post vigira planeta
ta uel aque domus erat in 18 gradu aquarii. tunc quia diuidatur signum per
9 diuisiones erit gradus 19 in diuisione 3a. et quia signum aquarii e
triplicitate libre ponitur primum nonenarium eius veneris. decime libre. et
secundum martis. decime scorpionis. et tertium Iouis. decime sagittarii
et quartum saturni. decime capricorni. et quintum est saturni. decime aquarii
et 6tum Iouis. decime piscis. erit quia nadarueh .i. nonenarium decimi:
noni aquarii Iouis. Et eciam hic aebrigen hoc est ut diuidatur signum
ascendens in tres partes. et sit diuisio omnis 10 graduum. dabis quia primam
diuisionem domino ascendentis. et secundam domino quinti signi. et tertiam domino noni signi
Nam ascendens quintum et nonum signum est vna triplicitas. vigira. ab initio
arietis usque ad decimum gradum eius aebrigen. erit mars dominus arietis
sol dominus leonis. et si fuerit a medio usque in fine eius. erit aebrigen
Iupiter dominus sagittarii

Et eciam hic dominus orbis uel circuli in natiuitatibus hoc est ut appre:
cias dominum hore in anno primo natiuitatis eius. et signabitur per
esse illius .i. domini hore. sanitas seu infirmitas corporis nati prout
fuerit per dominum ascendentis radicis. et dabis dominum secunde hore ab eo secunde
domini ab ascendente in secundo anno. et signabitur per esse sui in eodem anno. esse
substantie et cetera. sic signabitur per esse domini domus substantie. et dabis dominum hore
tercie domini tercie ab ascendente in tercio anno. et signabitur per esse illius in
eodem anno. esse fratrum. et proximorum et ceterorum. prout fuerit per esse domini tercie
domus. et dabis dominum quarte hore quarte domini. ab ascendente in quarto
anno. et fuerit per esse sui. in eodem anno esse parentum et patrum. et
eorum que fuerunt per quartam domum. similiter facias de omnibus horarum
per successionem dabis vnicuique horarum domum de domibus radica:
libus. et quia domus hore duodecime ab hora natiuitatis domus 12me
ab ascendente radicis. et dominus trecesime hore a natiuitate ascendentis radicis
et anni tredecimi. et dominus quartedecime hore. domus substantie et quarti:
decimi anni. et nominatur dominus prime hore. dominus ascendentis hore. et dominus
secunde hore. dominus hore domus substantie. et domini tercie hore. dominus domus
fratrum. et per hunc signabitur esse patrum et fratrum. et ceteris aliis dominus vnicuique
istorum nominat nomine domus. et nominatur erit dominus orbis. et signabitur per eum
omni anno. quod fuerit per alcocoden hoc est per dominum anni. et quidam astro:
logorum ponunt dominum orbis secundum dominum ascendentis radicis anno primo et secundo
planetam qui succedit huic et tercio anno planetam qui succedit huic
sicut dictum est in domino hore. fierdarie

Et eciam hic est dispositio anni firdarie. hoc est cum fuerit natiuitas
diurna. tunc incipit in initio vite dispositionem eius firdarie
sol secundum quantitatem annorum firdarie eius qui sunt decem. post hoc

Anni firdarie et
anni diuisionis

planeta qui succedit soli .i. venus cuius firdarie sunt anni 8. post
venerem planeta qui succedit .i. mercurius cuius anni firdarie sunt 13. deinde
luna et firdarie cuius anni sunt 9. deinde saturnus et anni eius sunt
12 / deinde iupiter et anni eius sunt 12 / deinde mars cuius anni sunt 7
/ deinde caput draconis anni firdarie sunt tres. et post hoc cauda anni
cuius sunt 2. et sunt anni ultimi sunt 75. post hoc ex reliqui dispositio
eius ad solem et sic usque ad ultimum planetarum. Si autem fuerit nativitas
nocturna / incipiet dispositio eius a luna. et post dispositionem annorum
firdarie eius qui sunt 9. sic planeta post planetam sicut predixi in
sole. Unde disposuit planeta annos firdarie sue disponet
partem septimam solus firdarie sue / deinde participat in septima
secunda sue firdarie. secundus planeta qui ei succedit. post hoc participat
ei in septima tertia. tertius planeta qui succedit secundum. et ita donec participet
ei qui est ante eum in ultima septima quo annis eius firdarie. et est
unicuique tempus eius participat alter iudicium super nativitate

Et quod hic almanar .i. superemmentia quod dicitur quod planeta vadit
super planetam. hoc est ut accipias medium cursum planete et locum
eius equatum / quia si fuerit locus eius equatus minor medio cursu eius
erit ascendens a medio circuli eius ad circulum sui. et si fuerit locus eius
plus medio cursu suo erit descendens a medio circuli sui usque ad infimum
illius / et si equalis fuerit locus equatus medio cursu suo erit in medio
circuli sui / deinde post hoc hic minutis minues minorem eorum
de maiori et multiplicabis quod remanserit per 7 et dividens per 22. et quod
exibit de divisione erit hoc omnium planete per quantitatem eius ubi descensionis
de venere et mercurio accipias quod fuerit inter utraque loca .i. quod est
inter locum solis et veneris atque mercurii et facias ut supra. quia per hoc
scimus quis eorum est fortior in circulo augis. Si venus et mercurius
cum fuerit utrumque eorum orientalis. et fuerit locus eius equatus
minus loco solis accipias residuum quod est inter locum solis et locum eius
facias quod de eo quemadmodum facis in planetis altioribus de multipli-
catione et divisione. et proiciet et fortior fit eorum planetarum est quod abiecerint
super se invicem .i. quod abiecit alter super alterum in quantitate. In oppositione
autem et in quarto aspectu erit fit eorum minus apparens et debilior. et
cum fuerit unus eorum ascendens et alter descendens / tunc ascendens eorum vadit
super descendentem descendentes / cum vero fuerint ambo descendentes. ille qui fuerit minoris
descensionis vadit super illud qui fuerit maioris descensionis / dicitur quod alios
.i. ut scias latitudinem utrorumque planetarum. quia septentrionalis vadit supra
meridianum / et si fuerint ambo [illegible]. ille qui fuerit plus latitudinis
vadit super alium qui fuerit minoris latitudinis. Si vero fuerint meridiani
ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super eum qui fuerit maioris lati-
tudinis / ideo quod dicitur quod luna vadit super iovem in his duobus aspectibus
sit si fuerit equalis duorum planetarum in medio circuli nullam habens lati-
tudinem tunc ascendens solus vadit super eum qui caret latitudine
et vadit ipse super meridianum ascendentem. Et quia quod hoc aspectu

portatur cum coniungitur planeta inferior planete superiori. et cum hec fuerint domus eorum opposite

Et quod hec alburees. et est res quam observat ulla indi. Nam ipsi inveniunt post coniunctionem solis et lune 12 horas. et applicant eas soli. et dividunt horas illas in tres partes horarum solis. et indicant super omnes quatuor horas tercias secundum indicium duodecimplicatum. solis horarum coniunctionis Deinde dant veneri 12 horas. et dividunt eas in trinas et indicant super omnem trinam divisionem secundum duodecimplicaturam veneris horarum coniunctionis post hec faciunt cum mercurio. et cum ceteris planetis per successionem corporum donec revertatur orbis ad solem post 84 horas ~~Et quidam dicunt quod alburees~~ et non cessant sic facere donec revertatur coniunctio secunda Et quidam dicunt quod alburees sic habet. quod post coniunctionem sunt 12 hore inequales que vocantur combuste et non oportet aliquem incipere in eis aliquod opus. et post has 12 sunt 12 incombuste. in quibus est utilis inceptio operum et si post 12 horas incombustas sunt 12 combuste sicut ad coniunctionem que fuerunt. post hec dividunt has 12 horas in divisiones quarum quelibet in quatuor partes. dixerunt quod qui incipit in quatuor horis primis bellare. timendum est periculo ne sue. et in secundis quatuor horis de[...] pericu[lum] corporis absque amissione vite. et in ultimis quatuor horis in[...] que possidet. et timendum est ne ad ipsum veniret periculo illorum que possidet Et quod complevimus quod posuerunt que sequitur quod nominibus astrologorum. sequitur iam hanc commemorationem universarum partium &c.

Differentia quanta in commemoratione universarum partium. et cum nominamus in locis partium. accipe a loco illo in locum illud et proiice hoc ab ascendente. vel a loco alio. Dicit ut addas super illud quod fuerit inter utraque loca gradus equales. qui erant ab initio signi a quo proiicis. usque ad gradum a quo debet incipi proiectio. et proiice 30 cuique signo incipiens ab initio signi a quo proiicis quousque finiatur numerus. et gradus in quo finitur numerus est locus partis quesite cuius exemplar est opus partis fortune. que accipitur quantitas est inter solem et lunam ex gradibus. et addi super eos gradus post ascendentis. et quod collectum fuerit proiicis per 30 gradus. et incipias proiice ab initio post ascendentis. et quo finitur numerus. ibi est pars fortune. et in nocte econverso a luna in solem et addas gradus post ascendentis. et proiicies hec de 30 in 30 Incipias igitur post partem fortune. partes 12 domorum. et incipias ab ascendente. Pars vite accipitur in die a Jove in Saturnum. et in nocte econtra. et proiicitur ab ascendente. Pars hylech accipitur a gradu coniunctionis seu preventionis que fuit ante nativitatem in gradu lune. et proiicitur ab ascendente. Pars futurorum et absentium accipitur in die a luna usque in solem et in nocte econverso. et proiicitur ab ascendente. Pars dilectionis et concordie accipitur in die a parte fortune in partem futurorum. et in nocte econtra. et proiicitur ab ascendente. Pars stabilitatis et durationis et fiducie nati est prius pars dilectionis et concordie. Pars amicitatis et audacie accipitur in die a mercurio in gradum partis fortune. et in nocte econverso. et proiicitur ab ascendente. Secunda domus pars substantie accipitur in die et in nocte a domino domus substantie in gradum eius ut [...] domus substantie. et proiicitur ab ascendente. Pars paupertatis et

[illegible] gradum signo [...] in quo signo [...] saturnus et in quo signo [...] sol et in quo [...] [illegible] [...] accidit [...] in [...] [...] saturnus fuit in capricorno quod est signum [...] ab [...] [...] quod fuit [...] [...] accipi [...] signum [...] et [...] acceptum in [...] et sol fuit in [...] et [...] signis fuit [...] et [...] [...] [...] signum [...] [...] sic quod ibi [...] fuit [...] in [...] [...] [...] [...] 12 signum [...] [...] [...] et [...] [...] gradum vero [...] [...] [...] [...] [...] [...] [...] sole et luna

Nota quod pars [...] [...] [...] gradus [...] [...]

Nota quod in universarum partium proiectione sequitur [...] accipe a gradu cuiuscumque planete vel loci cuiuscumque in planetam vel gradum cuiuscumque loci [...] i. [...] gradus illius planete in quem proiecta [...] in proiectione partis pluvie [...] accipe a saturno in solem. i. [...] gradus saturni a gradu solis et [...] [...] ultra. et proiice ab hoc planeta vel ab hoc gradu vel ex a quocumque gradu [...] i. adde illud quod post [...] remansit [...] proiectione partis pluvie [...] [...]
1478 1478
20 die marcii
pro pluvie [...] accipe a saturno in solem saturnus fuit 9 [...] 8 gradus 38 minuta. Sol vero [...] [...] 8 gradus 32 minuta. et luna 6 [...] 22 gradus 16 minuta [...] [...] pars pluvie fuit 6 [...] 22 [...] 20 [...] et [...] [...] et [...] [...] [...] [...] [...] [...]

paruitatis ingenii / accipitur in die a parte futurorum in partem fortune
et in nocte e contra. et proicitur ab ascendente. Pars beatitudinis et triumphi
atque victorie accipitur in die a saturno in iouem. et nocte e converso et proicitur
ab ascendente. Tercia domus que est fratrum accipitur in die a saturno in ioue. et in nocte
e converso. et proicitur ab ascendente. Pars beniuolencie fratrum accipitur in die a sole
in saturnum. et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. quod si fuerit saturnus sub radiis
accipitur in die a sole in iouem. et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. Quarta domus
que est patrum dicta. et accipitur in die a sole in saturnum. et in nocte e converso. et proicitur
ab ascendente. Pars mortis patris accipitur in ~~die~~ a saturno in ioue et in nocte e converso
et proicitur ab ascendente. Pars amoris accipitur in die a domino ~~solis~~ domus solis in
saturnum. et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. et si fuerit sol in domo sua
vel in aqua domorum ~~suarum~~ saturni accipitur a sole in saturnum. et in nocte e converso
et proicitur ab ascendente. et non computatur utrum sit saturnus sub radiis vel apparens
Pars hereditatis et possessionis accipitur in die et in nocte a saturno in lunam
et proicitur ab ascendente. Pars nobilitatis nati. et eius de quo fit dubitatio utrum
sit filius illius patris cui imponitur. an non accipitur in die a gradu solis
in gradum exaltationis sue. et in nocte a gradu lune in gradum exaltationis
sue. et proicitur ab ascendente. quod si fuerit sol in die in gradu exaltationis
sue, et ~~in~~ luna in nocte in gradu exaltationis sue. erit pars in gradu ascendentis
et erit signo gradus ascendentis. Pars finis rerum rerum accipitur in die et in
nocte a saturno usque in dominum domus coniunctionis aut preventionis. et addetur desuper
gradus ascendentis. et proicitur ab ascendente. Quinta domus pars filiorum accipitur in
die a ioue in saturnum. et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. Pars quod sit
tempus in quo expectet filios. et numerus eorum masculorum sive feminarum. et quod
pariat mulier / accipitur in die. et in nocte a marte in iouem. et proicitur ab
ascendente. Pars tria (?) cognoscendi pariter natus. de quo fit interrogatio utrum sit mas-
culus vel femina. accipitur in die a domino domus lune in lunam et in nocte
e converso. Pars feminei filiorum. cum venerit iupiter ad eam et aspexerit partes feminei
filiorum. et accipitur in die et nocte a marte in iouem. et proicitur ab ascendente
Pars ~~dilectionis~~ filiorum accipitur in die et nocte. de venere in saturnum. et proicitur
~~saturnum~~ ab ascendente. Pars sexus esse filiorum accipitur in die et nocte a
luna in iouem. et proicitur ab ascendente. Sexta domus que est infirmitatis egritudinis
et debilitatis inseparabilis alicuius membri accipitur in die a saturno in martem
et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. Pars servorum accipitur in die a mercurio
in lunam. et in nocte e converso. et proicitur ab ascendente. et dixit alchabitius
ut vtamur utrisque partibus in simul. Septima domus solis. Pars
dispensationis virorum accipitur in die et nocte a sole in venerem
et proicitur ab ascendente. et hec pars est similis parti nuptiarum. Pars dis-
pensationis mulierum secundum hermetem accipitur in die et nocte a venere
in saturnum. et proicitur ab ascendente. et hec pars convenit parti hic resultantis.
Item pars desponsationis mulierum secundum vellium. accipitur in die et
nocte a sole in martem. et proicitur ab ascendente. Pars dilectionis et
voluptatis accipitur in die et in nocte a venere in gradum septime. et
proicitur ab ascendente. Pars nuptiarum accipitur in die et nocte a saturno

in venere, et proicitur ab ascendente. Octava domus pars mortis accipitur in die et nocte a luna in gradum et medium domus octave. Et addiderunt desuper quod parambladit saturnus in suo signo, et proicit ab initio signi saturni. Pars planete qui interficit accipitur in die a duobus gradibus ascendentis in gradum lune, et in nocte econverso. Et proicitur ab ascendente. Pars anni per quam timetur nato mors ac paupertatis impeditio et destructio accipitur in die et nocte a saturno in gradum domini domus coniunctionis vel preventionis que fuit ante nativitatem. Et proicitur ab ascendente. Pars coniunctionis et ligationis et carceris, et utrum liberetur de eo aut non, accipitur a die a saturno in parte fortune, in nocte econverso. Et proicitur ab ascendente. Nona domus pars peregrinationis accipitur in die et nocte a domino domus none in gradum et medium domus none, et proicitur ab ascendente. Pars itineris accipitur in die a saturno in 17 gradus cancri, in nocte econverso. Et proicitur ab ascendente, quod si fuerit saturnus in 17 gradu cancri, erit gradus partis ascendentis. Pars religionis in die a luna in mercurium, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Decima domus pars regionis et regni, et quid operis faciat natus, accipitur in die et nocte a saturno in lunam, et proicitur ab ascendente. Et pars regis atque regni accipitur in die a marte in lunam, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente, et est alia pars simplex parti primi. Pars principatum operis regni accipitur secundum Vettium in die et nocte a sole in gradum medii celi, et proicitur ab ascendente. Pars fidei utrum perveniat ad regnum vel non accipitur in die et nocte a sole in gradum medii celi, et proicitur a Iove. Et pars matris accipitur in die a venere in lunam, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Undecima domus pars amicorum accipitur in die et nocte a luna in mercurium, et proicitur ab ascendente, et dixit Allendesgor quod proicitur econverso in nocte. Pars fidei amicorum, effectum et continue amicitie, accipitur in die a parte fortune in parte futurorum, et nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Duodecima domus pars inimicorum et hereditatis accipitur in die et nocte a domino domus inimicorum in gradum et medium domus eiusdem, et proicitur ab ascendente. Secundum autem quosdam antiquos accipitur in die et nocte a saturno in marte, et proicitur ab ascendente.

Hee sunt partes quibus videtur magis indicatorum astrorum. Hee quibus est pars que fit mediatione rumorum, que tenuerit in signum tortuosum aut mobile, aut fuerit domini domus eius recto gradu aut impeditus, vel applicuerit eum mali, aut coniuncti fuerint ei, et sint vitia eorum rumorum, si tenderet eum fortuna aut in domibus aut in finibus eorum, vel applicuerit eum, aut fuerit in signo directo vel fixo, accipitur in die a saturno in venerem, in nocte econverso, et proicitur ab ascendente, et secundum Albumasar accipitur in die a mercurio in lunam, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars rationis et profunditatis sensus accipitur in die a saturno in lunam, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars sapientie et discipline accipitur in die ac nocte a saturno in Iove, et proicitur ab ascendente. Pars guerre et

et filiorum in die ac nocte a saturno in lunam, et proiicitur ab ascendente
pars patris et genitrix aequitum accipitur in die et nocte a luna in mercurium
et proiicitur ab ascendente. Pars appetendi in revolutione anni accipitur in
die a luna in venerem, et in nocte econtrario et proiicitur in his omnibus ab ascendente.
Et quia amplitudine deo introduximus has partes que cadunt in revolutione particula-
ribus, consequamur nunc partes que cadunt in revolutione annorum
mundi, et quarum notitia significant causas regni stabilitatem atque durationem eius
ex quibus est pars que dicitur regni atque imperii, que conveniunt in revolutione
annorum mundi, accipitur quidem a marte in lunam, et proiicitur ab ascendente coniunctionis
que significat mutationem regni. Sit quod alios ubi accipitur a gradu ascendentis coniunctionis
in qua coniunctio et proiicitur a gradu ascendentis revolutionis. Item sit alios accipitur
a gradu medii celi revolutionis usque in solem et proiicitur a gradu Jovis.
Pars temporis regni, id est quamdiu erit duratio, accipitur hora electionis regis a
sole in 15 gradus leonis et proiicitur a luna, deinde accipitur a luna
in 15 gradus cancri et proiicitur a sole. Alia pars de tempore electionis regis
accipitur hora electionis regis in die a Jove in saturnum, et in nocte econtrario
et proiicitur ab ascendente revolutionis anni in quo surrexit rex. Et si
fuerit Jupiter in signo communi et fuerit revolutio diurna, sint quod Jupiter
tardus ab angulis, accipe partem hanc a saturno in Jovem et addes 30 gradus
desuper et proiicitur ab ascendente. Si vero Jupiter et saturnus fuerint sibi oppositi
et ambo cadentes ab ascendente, medietatem quod consistit inter eos, id est accipe
medietatem graduum quod sunt inter eos, et proiicitur ab ascendente, et si fuerit
Jupiter in exaltatione sua et fuerit revolutio in nocte, mittatur ab ea
in saturnum, et proiicitur ab ascendente. Due partes maxime ex quibus scitur
tempus electionis regis et eius durationis, prima earum est ut accipias
horam electionis regis, quo pervenit profectio anni a coniunctione triplicitatis
que significat sectam, ex modo quo datur omnibus 30 gradibus annus, et omnibus duobus
gradibus cum dimidio unius mensis, et cum scieris in quo signo vel
gradu sit hic fini eius, quia hic est locus a quo equabis primam partem,
et cum volueris aptare aptabis, id est equabis ascendens revolutionis anni
in quo surrexit electus, postea aptata ascendentali accipe inter a sole
et saturno in Jovem in ipso anno revoluto usque ad gradum equatorum
partis predicte quam significasti et proiice ab ascendente revolutionis anni in quo
pervenit, et ipse est locus huius partis. Pars secunda earum ut scias accipe
a coniunctione in qua surrexit rex vel cepit regnum ad gradum, quod signum
vel gradus pervenit profectio anni in modo quo datur omnibus 30 gradibus
anni in mense et die qua surrexit rex, et ipse est locus equatorum
partis secunde fini eius, postea accipe a planeta equali a sole
id est a saturno vel Jove usque ad locum equatorum partis secunde quam significasti
et proiice eum ab ascendente revolutionis, et quo pervenit ipse est locus
partis secunde. Et hec partes sunt que significant fortunam regni et eius
durationem. Item sunt alie partes hec quibus utuntur in revolutioni-
bus annorum mundi, et scitur per eas quid continget de eis in foro et

vel est leve in pretio / et quid pretiosum vel leve i. vile multum
seu parvum. Et oportet ut aspicias ubi ceciderit pars. i. cuius planete planeta
dominium vel exaltationem triplicitatem sive terminum, qui planeta si fuerit retrogradus
combustus vel in aliquo loco maligno vilescit res illa et erit parvi pretii
Si vero fuerit in loco fortiori. s. in angulo. et maxime in medio
celi carius vendetur res illa. et erit maioris pretii. et si pervenerit dominus domus
illius ad locum depressionis sue vilescet res illa. et aspice aspectum
fortunarum et malorum planetarum ad eam. necnon ad lunam et ad dominum
eius i. quod pretium et quale sit. et vide quo quis eorum aspiciat illam partem. si
autem fortuna et luna aspexerit partem multiplicabitur cara res. et si aspe-
xerit eam mali. detrimentum patietur. Pars tritici a sole in Martem
sumitur. Pars pluvie secundum Albumasar in die a luna in Venerem
et in nocte econverso / et proicitur a gradu solis. Pars aque a luna in Venerem
Pars ordei a luna in Jovem. Pars lentis a Marte in Saturnum
Pars fabarum a Saturno in Martem. Pars milii sic. Pars mellis
a luna in solem. Pars olivarum a Mercurio in lunam. Pars warda
Saturno in Venerem. Pars bombicis a Mercurio in Venerem. et egeddagem
seminis albi. i. sisami sive seminis lini. et venditur eo medio. fit quod de
eo unguentum i. medicinis utile. a Mercurio in Jovem vel in Venerem
Pars albatach qui sunt melones magni atque maturi et citrulei
a Mercurio in Saturnum. Pars ciborum acrium a Saturno in Martem. Pars
ciborum dulcium a sole in Venerem. Pars ciborum saporis apii et ingredi
hkarud. et eorum saporem unctuosum a Marte in Saturnum. Pars ciborum
amarorum a Mercurio in Saturnum. Pars medicaminum egrotantium a sole
in lunam. Pars medicaminum salsorum a Marte in lunam. Pars ve-
nenorum a genzaar i. a capite draconis in Saturnum. et proicitur ~~proicitur~~ proiciuntur
ab ascendente. ista omnia. Hec sunt universa que ceciderunt nobis
~~Hec~~ sive de partibus. Introduximus quod has partes novissimas
et si est in eis narratio debilis ne dimitteremus aliquid quod
esset introductorium ad magisterium iudiciorum astrorum quin perficeremus
ipsum. Perfectus est introductorius Alcilasis i. servi gloriosi potentis
dei qui est dictus Albubitius ad magisterium iudiciorum astrorum
cum laude dei et eius adiutorio. interpretatus a Johanne Hispanensi
Et in hoc terminatur opus huius textus. pro quo fine sit benedictus deus
in secula seculorum amen

Circa signa vlia distributiua non tamen quid sed
influentie celestis. quatuor sunt inquirenda primum
est de circulo in quo sunt signa. et de numero et ordine eorum
in eo. secundum est de triplicitatibus signorum et mobilitate et immo-
bilitate. et masculinitate et femineitate. tercium
est cuiusmodi signa quod membrum in corpore proprie
respiciunt. quartum est que proprietates signorum quam partem mundi
et etiam cuiusmodi complexionum. et qua etate consulit. et que signa sunt vo-
ciferantia. et que non. et que sterilia. et que fecunda et que alia circa hec

Circa primum tria sunt notanda Primum quid sit zodiacus qui
dicitur orbis signorum vel circulus obliquus ab aristotile directe
lato solis in circulo obliquo facit transmutationes in inferiori-
bus secundum est de numero signorum. et nominibus eorum. tercium est de ordine
et oppositione eorum et de hiis tribus apparet quid sit dicendum ex
spera. Circa secundum principale tria sunt notanda primum est de
triplici signo quod est triplicitas Secundum est de mobilitate et sta-
bilitate vel medioctate quod potest dici quadruplicitas Tercium
est de signis masculinis et femineis et de voce habentibus et de
voce non habentibus vel vim vocum non habentibus de primo scilicet de
triplicitate quod omne movens mobile reducatur ad movens non mo-
tum Aliter enim esset processus in moventibus et motis in infinitum
vt probatur a philosopho 7o phisicorum Sed omne frigibile et calefacti-
bile est ab aliquo infrigidante vel calefaciente vt patet Igitur
opportet ut reducatur ad infrigidatiuum infrigidabile, et ad cale-
factiuum calefactibile et talia sunt corpora celestia Ideo sunt fri-
gida et calida, et simpliciter sicca et humida sed non formaliter sicut ignis
et aqua, sed sunt virtute actuali non autem in potencia reducibili
ad actum sicut piper calefacit quod patitur a calido digerente Sed
sunt talia in virtute actuali que per se agit disposito paciente Sicut
Adamas ferrum trahit et agit per se absque eo quod aliquid paciatur
sicut sol calefacit et saturnus infrigidat, non facta aliqua actione
vel passione eius, reponitur igitur copulacio virtualis que fa-
cit copulacionem formalem in istis inferioribus Sed transmu-
tacio verum motarum in celo facit per eas virtutes sicut facit tras-
mutacio in istis inferioribus per eas formas Sunt igitur quedam
signa calida et sicca sicut ignis, et sunt hec tria Aries. leo. et
Sagittarius Alia 3a sunt calida et humida sicut aer ut gemini
libra aquarius Reliqua tria frigida et humida ut aqua scilicet
Cancer Scorpio pisces Alia tria sunt frigida et sicca sicut
terra ut Thaurus virgo et Capricornus et iste sunt quatu-
or triplicitates que in signis reperiuntur ita quod illa signa

que sunt eius complexionis seu copulationis dicuntur de eadem
pluritate et hoc sumerunt antiqui per experimentum Quia quando planeta
calidus intrabat signa calida augmentabatur sua caliditas Et si
planeta erat frigidus diminuebatur sua frigiditas eo quod erat
de signis frigidis / hec consideraverunt antiqui per longa tempora. De 2°
nota quod quedam sunt signa mobilia ut aries cancer libra Cap-
cornus. Et dicuntur mobilia quia quando sol fertur sub aliquo / horum tempus
variabile est penes qualitates suas Alia vero sunt fixa sive stabilia
sicut taurus leo scorpius aquarius quia quando sol fertur sub
eis tunc tempus est stabile et firmum penes suas qualitates Alia
sunt media sicut gemini virgo sagittarius pisces quia quando sol est
in aliquo horum mediocriter se habet tempus Et non solum verum est
de dispositione temporis / sed etiam planeta, huius appetitus ad aliquem effectum
quando est in signo mobili reddit eius effectus mobiles et de aliis
simile ut videbitur magis infra versus Est aries cancer libra mobile
tum scorpio et aquari Sed gemini virgo sagitta pisces medium tenent
Et tertio nota quod quedam sunt signa masculina
quedam feminina / et dicuntur talia quia quidam signa
masculina habent appetitum super aliquem effectum reddunt
ipsum fortiorem et inducunt signum suum Signum femi-
ninum similiter inducit signum suum Masculina sunt aries Gemini
In suo impari ordine naturali disposita Et masculina dicuntur diur-
na quia magis influunt in die Alia que sunt feminea dicuntur
nocturna quia plus influunt de nocte sicut taurus cancer
et cetera in suo pari naturali ordine situata / Item quedam
habent vocem ut aries taurus gemini leo libra sagittarius
virgo capricornus aquarius Quedam non habent voces sicut
cancer scorpio pisces Item quedam sunt in generatione aliorum
mediocria / nec omnino sterilia nec omnino generantia ut taurus
Gemini aquarius Quedam sunt plures filios habentia sicut cancer
scorpio pisces Item quedam sunt sterilia ut aries leo virgo
libra sagittarius et capricornus Item quedam sunt bicorporea sicut
Gemini virgo sagittarius pisces Alia sunt unius corporis
Item quedam sunt quadrupedia ut aries leo et finis
sagittarii Alia sunt polipedia ut cancer scorpius Alia
sunt bipedia ut Gemini virgo libra aquarius Alia sunt sine
pedibus sicut pisces Item quedam recte oriuntur ut cancer
et omnia ordinate consequentia usque ad finem sagittarii Et
ista oriuntur de die in estate dicuntur autem signa recte oriri
quando oritur in duabus horis equalibus aut maiori
tempore Alia oriuntur oblique sicut capricornus et omnia sequentia

dencia usque in finem Geminorum dicuntur autem illa oblique
oriri quando in minori tempore quam in duabus horis equa-
libus oriuntur Omnes igitur iste distinctiones signorum faciunt
ad iudicia astrorum

Circa tercium principale est notandum Aries
est caput et principium signorum / licet in proprie
appetitum / ad caput sicut tota virtus arietis
est in capite / Thaurus respicit collum Guttur
et spatulas quia in illis partibus Thaurus est valde
robustus Geminus respicit brachia et manus / et iuncturas / et ascell-
as quia Gemini dicuntur duo iuvenes se amplectentes et virtus
amplexa est in illis partibus Cancer respicit pectus et
partes circa ipsum et ipsum componentes quia Cancer habet pectus valde
robustum Et intra caput innuitur / leo respicit cor / os stomachi
pulmonem et epar quia totus vigor leonis est in corde et
hiis membris Virgo respicit intestina et fundum stomachi
et umbilicum quia tota vis virginis ab hiis descendit libra
respicit renes nates et pelliculas circa illas / et huiusmodi
partes vicinas Scorpio respicit membra genitalia vulvam
et matricem testiculos et bursam et virgam / quia tota virtus Scor-
pionis est in cauda / et hec sunt quasi caudalia hominis
Sagittarius respicit coxas et earum musculos et huiusmodi Capri-
cornus respicit genua / Aquarius crura vel tibias pisces
considerat pedes et sic patet quod signum cuiusdem membrum respi-
ciat et hec multa valent ad iudicia

Circa quartum principale notandum quod cum sint
quatuor triplicitates signorum prima scilicet
ignium est / calida et sicca / et respicit de parti-
bus mundi orientem et de complexionibus coleram / et de eta-
tibus iuventutem Secunda triplicitas est frigida et sicca
/ et habet de partibus mundi meridiem et de complexionibus melan-
coliam et de etatibus senectutem Tercia triplicitas
est calida et humida et habet de partibus mundi occidentem
et de complexionibus complexionem sanguineam / et de etatibus
pueriliam Quarta est frigida et humida et habet de
partibus mundi septentrionem / et de complexionibus fleg-
maticam / et de etatibus senium prime triplicitatis est dominus
sol in die / iupiter in nocte / et eorum particeps est Satur-
nus Secunde triplicitatis dominus in die est venus / in
nocte luna est utriusque particeps est mars Tercie triplici-
tatis in die dominus est Saturnus / in nocte Mercurius Et
Iupiter est eorum particeps / Quarte triplicitatis in die

dius est venus In nocte Mars quorum particeps est luna Et per hoc apparent ea que de de signis erant proposita

Circa planetas primo considerandum est de natura et de motu eorum Secundo de virtutibus corporum influendo Tercio de aspectu et operibus eorum in diversis locis Circa primum est intelligendum quod septem sunt planete scilicet Saturnus Jupiter Mars Sol Venus Mercurius Luna Intelligendum quod hee stelle dicuntur planete id est errantes sunt respectu stellarum fixarum quia licet in suis circulis uniformiter moveantur non tamen uniformiter moventur respectu firmamenti Unde planos grece error latine dicitur vel aut quilibet istorum planetarum movetur diversis uno modo ab oriente in occidens per motum primi mobilis Alio modo econverso ab occidente in oriente per motum proprie sue Et item omnes planeta preter solem aliquando est retrogradus aliquando directus aliquando stacionarius Et quando est directus fortiter influit quando vero retrogradus debiliter Et quando stacionarius mediocriter Et ista stacio vel directio vel retrogradacio attenditur in planetis in suis penes motum corporum proprium qui est ab occidente in orientem

Secundo nota quod Saturnus est summe frigidus et opposite siccus ex parte quantum quantitatem de se est vite contrarius et omni nature inimicus in suo motu naturali valde tardus Et est proprie planeta rusticorum maturorum sectorum nigrorum prodecorum malivorum habencium raram barbam et libenter maculosas vestes suos Jupiter est planeta calidus et humidus temperate ex parte benivolus et omni nature amicus in motu suo aliquatulum tardus Et est proprie illorum qui sunt boni graciosi religiosi vecundi aut ob Et hii habent crispam et subruffam barbam nec sunt calvi Mars est planeta superflue calidus et siccus nature coloricus malivolus et quodammodo vite contrarius plus tamen calidus quam siccus in suo motu nec nimium tardus nec multum velox Et est planeta warundorum rixancium furiosorum calvorum vel tripporum malivolorum et superborum Sol est temperatissime calidus et siccus vel ut verius dicam inter omnes qualitates summe equalis et specialiter influens lumine et vitam omnibus naturalibus in motu suo mediocris et est planeta pulcerrimorum splendidorum et verecundorum in facie et omnibus gestibus et qui libenter cum magnis et nobilibus conversatur Venus Est planeta temperate calidus superflue humidus Unde fertur habere dominium super visus veneris Et est benivolus Et motus eius est fere sicut motus solis Et non est differencia nisi ex parte epicicli sui appetit aut iuvenes comantes et pectinantes luxuriosos libenter fantes operam mulierum

et tunc eis consonantes Mercurius temperate complexionis et bene
volus et libenter convertit dispositionem suam illi planete cui
coniungitur sive bono sive malo quia inclinatur per naturam
suam ad eum cui complectitur dicitur tamen in se frigidus et siccus et mo-
tus eius est sicut motus solis nec est diversus nisi in epiciclo sicut
dictum est de venere Aspicit autem homines bene delicatos sapi-
entes facundos et levis motus nec magni corporis flavi co-
loris Luna est planeta infimus frigidus et humidus sed
temperate frigidus et summe humidus motus eius velocissimus ut to-
tum in 27 diebus et sex horis cum paucis temporum fractionibus per-
agrat zodiacum Aspicit autem homines flegmaticos ydropicos
epilenticos apoplecticos asmaticos et generaliter omnes pacientes ex
materia humidali cum superfluitate humoris habeant vel grave Iste
sunt generales proprietates planetarum quarum duo dicuntur infortuna
sicut saturnus et mars et duo propterea dicuntur fortune scilicet
Jupiter et venus licet alii fortunas influunt tamen sibi con-
iungit sepius Sciendum Mercurium solem martem Jovem saturnum
esse masculini sexus lunam autem et venerem feminini Sol
Jupiter et saturnus in die masculini in nocte feminini Luna
et mars in die feminini in nocte masculini Mercurius mascu-
linus cum masculis femininus cum feminis Venus feminina cum omnibus

Mercurius et Sol valde sunt amici et sub hiis
nati amici sunt ut ipsi planete Luna Jupiter
venus pacem habent et sic hospitantur simul
planete hiis adversantur luna et venus gravidat
luna et mars Inimici sunt sibi Sol et Jupiter sibi Sol et sa-
turnus contrarii sunt Mercurius et venus contrarii sunt Et
